

АКАДЕМИЯ  
НАУК СССР

ЛОМОНОСОВ

2

ЛОМОНОСОВ



АКАДЕМИЯ НАУК СССР

М. В. ЛОМОНОСОВ

ПОЛНОЕ СОБРАНИЕ  
СОЧИНЕНИЙ



ИЗДАТЕЛЬСТВО АКАДЕМИИ НАУК СССР  
МОСКВА • 1951 • ЛЕНИНГРАД

АКАДЕМИЯ НАУК СССР

# М. В. ЛОМОНОСОВ

ТОМ ВТОРОЙ

## ТРУДЫ ПО ФИЗИКЕ И ХИМИИ

1747 — 1752 гг.



ИЗДАТЕЛЬСТВО АКАДЕМИИ НАУК СССР  
МОСКВА • 1951 • ЛЕНИНГРАД



ТРУДЫ  
ПО ФИЗИКЕ И ХИМИИ

1747 — 1752 гг.





1

MEDITATIONES  
DE CALORIS ET FRIGORIS CAUSA  
AUCTORE MICHAELE LOMONOSOW

---

[РАЗМЫШЛЕНИЯ  
О ПРИЧИНЕ ТЕПЛОТЫ И ХОЛОДА  
МИХАЙЛА ЛОМОНОСОВА]






## § 1

Calorem\* motu excitari notissimum est: manus per mutuam frictionem calescunt, ligna flammam concipiunt, silice ad chalybem alliso scintillae prosiliunt, ferrum crebris et validis ictibus malleatum excandescit; quibus cessantibus calor diminuitur et productus ignis tandem extinguitur. Porro calore concepto, corpora vel in partes insensibiles resoluta per aërem dissipantur, vel in cineres fatiscunt, aut debilitata partium cohaesione liquescunt. Denique corporum generatio, vita, vegetatio, fermentatio, putrefactio calore promoventur, frigore retardantur. Ex quibus omnibus evidentissime patet, *rationem sufficientem caloris in motu esse positam*. Quoniam autem motus sine materia fieri non potest, necessum igitur est, *ut ratio sufficiens caloris consistat in motu alicujus materiae*.

## § 2

Quamvis autem in corporibus calidis plerumque nullus motus visu percipiatur, tamen per effectus saepius se manifestat. Ita ferrum ad ignitionem prope calefactum, licet ad oculum quiescere videatur, corpora tamen sibi admota alia fundit, alia in vapores resolvit, hoc est, partibus eorum in motum excitatis, sibi quoque

\* quo nomine et vim ejus intensiorem, ignem vulgo dictam, intelligimus.



Перевод Б. Н. Меншуткина

## § 1

Очень хорошо известно, что теплота\* возбуждается движением: от взаимного трения руки согреваются, дерево загорается пламенем; при ударе кремня об огниво появляются искры; железо накаливается от проковывания частыми и сильными ударами, а если их прекратить, то теплота уменьшается и произведенный огонь в конце концов гаснет. Далее, восприняв теплоту, тела или превращаются в нечувствительные частицы и рассеиваются по воздуху, или распадаются в пепел, или в них настолько уменьшается сила сцепления, что они плавятся. Наконец, зарождение тел, жизнь, произрастание, брожение, гниение ускоряются теплотою, замедляются холодом. Из всего этого совершенно очевидно, что *достаточное основание теплоты заключается в движении*. А так как движение не может происходить без материи, то необходимо, чтобы *достаточное основание теплоты заключалось в движении какой-то материи*.

## § 2

И хотя в горячих телах большей частью на вид не заметно какого-либо движения, таковое все-таки очень часто обнаруживается по производимым действиям. Так, железо, нагретое почти до накаливания, кажется на-глаз находящимся в покое;

\* Под каковым именем мы понимаем и более напряженную ее силу, обычно называемую огнем.

motum alicujus materiae inesse ostendit. Equidem non ibi motus adeo negandus est, ubi nullus in oculos incurrit: quis enim negabit, vento impetuoso sylvam perflante, folia arborum et ramos agitari, licet e longinquo spectans nullum motum visu assequeretur? Quemadmodum vero hic ob distantiam, sic in corporibus calidis, ob tenuitatem particularum motae materiae, agitatio visum effugit: in utroque enim casu angulus visionis tam acutus est, ut neque ipsae particulae sub eo constitutae, neque motus earum videri possit. Sed neminem nisi qualitatuum occultarum patronum aliquem fore arbitramur, qui calorem, tot mutationum instrumentum, otiosae cuidam et omni motu, adeoque et vi movendi destitutae materiae tribuat.

### § 3

Quoniam vero corpora duplici motu agitari possunt, *totali*, quo, quiescentibus juxta se invicem partibus, totum corpus mutare continuo suum locum, vel *intestino*, qui in mutatione situs insensibilium partium materiae concipitur; et quia totali saepius perniciosissimo nullus, et nullo magnus calor observatur; patet ergo *calorem consistere in motu materiae intestino*.

### § 4

Materia in corporibus duplex est, *cohaerens*, nempe quae cum toto corpore movetur et impetum facit, atque fluminis instar poros illius *interlabens*. Quaeritur itaque, quatenus earum in motu constituta calorem gignat. Huic quaestioni ut satisfiat, excutienda sunt palmaria phaenomena, quae circa corpora calida observantur. Ea vero consideranti occurrit: 1) calorem in cor-

однако одни тела, придвинутые к нему, оно плавит, другие — превращает в пар; т. е., приводя частицы их в движение, оно тем самым показывает, что и в нем имеется движение какой-то материи. Ведь нельзя отрицать существование движения там, где его не видно: кто, в самом деле, будет отрицать, что, когда через лес проносится сильный ветер, то листья и сучки деревьев колышутся, хотя при рассмотрении издали и не видно движения. Точно так же, как здесь вследствие расстояния, так и в теплых телах вследствие малости частиц движущейся материи движение ускользает от взора; в обоих случаях угол зрения так остр, что нельзя видеть ни самых частиц, расположенных под этим углом, ни движения их. Но мы считаем, что никто — разве что он приверженец скрытых качеств — не будет теплоту, источник стольких изменений, приписывать материи спокойной, лишенной всякого движения, а следовательно, и двигательной силы.

### § 3

Так как тела могут двигаться двояким движением — *общим*, при котором все тело непрерывно меняет свое место при покоящихся друг относительно друга частях, и *внутренним*, которое есть перемена места нечувствительных частиц материи, и так как при самом быстром общем движении часто не наблюдается теплоты, а при отсутствии такового движения наблюдается большая теплота, то очевидно, что *теплота состоит во внутреннем движении материи*.

### § 4

В телах материя двоякого рода: *связанная*, именно движущаяся и производящая напор вместе со всем телом, и *протекающая*, подобно реке, через поры первой. Спрашивается, которая из них, приведенная в движение, производит теплоту? Чтобы ответить на этот вопрос, надо обратиться к главным явлениям, наблюдаемым для горячих тел. Рассма-

poribus eo majorem existere, quo cohaerens eorum materia est densior, et contra. Ita laxior stupa flammam concipit magnam quidem, sed aestu multo minore praeditam, quam, ubi illa strictius compacta incenditur. Stramine, quod in mitem flammam alias expandi solet, fertilium Russiae camporum, sylvis carentium, incolae lignorum instar utuntur, in densos et crassos rudentes contorto; ligna porosiora leniore aestu ardent, quam quae solidiora sunt, et carbones fossiles lapideam materiam poris suis continentes validius urunt, quam carbones lignorum vacuis interstitiis spongiosi. Denique aër inferioris atmosphaerae densior aura superioris, majore, quae ambit, afficit tepore, quam illa, ut calidissimae valles montibus aeternam glaciem sustinentibus cinctae loquuntur; 2) constat corpora densiora sub eodem volumine plus materiae cohaerentis continere, quam interlabentis. Quoniam autem ex legibus mechanicis notum est, quantitatem motus eo majorem esse, quo copiosior est materia mota, et contra; itaque si caloris ratio sufficiens posita esset in motu intestino materiae interlabentis, corpora rariora, ob majorem copiam in poris eorum materiae interlabentis, majoris caloris capacia essent, quam quae densiora sunt. Verum quoniam contra quantitas caloris respondet potius materiae corporum cohaerenti, patet igitur *caloris rationem sufficientem contineri in motu corporum intestino materiae cohaerentis.*

## § 5

Confirmatur haec veritas actione coelestis illius ignis, causticarum ope machinarum corporibus impressi, qui, remoto foco, eo diutius in illis vivit, quo magis sunt solida, ita ut in rarissimo illorum aëre nullum sensibile tempusculum duret. Accedit

тривающему их ясно, что 1) в телах имеется тем больше теплоты, чем плотнее их связанная материя, и наоборот. Так, рыхлая пакля загорается большим пламенем, но дающим гораздо меньше жару, чем она же, сжатая более плотно. Соломою, которая в обычных условиях горит легким пламенем, обитатели плодородных областей России, лишенных лесов, пользуются вместо дров, предварительно связав ее в плотные, толстые жгуты. Более пористые дрова при горении дают меньше жара, чем более плотные, а ископаемые угли, содержащие в своих порах каменистую материю, производят более сильный жар, чем древесные угли, имеющие, наподобие губок, пустые промежутки. Затем, воздух нижней атмосферы, который плотнее воздуха более высокой атмосферы, более чем последний согревает обтекаемые им тела, как свидетельствуют теплые долины, окруженные покрытыми вечным льдом горами. 2) Более плотные тела в том же объеме содержат, конечно, больше связанной материи, чем протекающей. А так как из законов механики известно, что количество движения тем значительнее, чем большее количество материи находится в движении, и наоборот, то если бы достаточное основание теплоты заключалось во внутреннем движении протекающей материи, более редкие тела, в порах коих находится больший запас протекающей материи, должны были бы обладать большей емкостью для теплоты, чем более плотные. Но так как, наоборот, количество теплоты скорее соответствует количеству связанной материи тел, то очевидно, что *достаточная причина теплоты заключается во внутреннем движении связанной материи тел.*

## § 5

Эта истина подтверждается действием небесного огня, направляемого на тела зажигательными приборами: по удалении из фокуса этот огонь в них сохраняется тем дольше, чем они плотнее, так что в самом разреженном из тел —

insuper, quod pro diversa corporum gravitate atque duricie diversus deprehendatur, ita ut ejus intensionem ponderi corporis cum ratione cohaesionis partium illius conspiranti proportionalem esse experientia edocuerit, manifesto indicio, cohaerentem materiam corporum materiam caloris eorum esse. Quamvis autem materia cohaerens duplex sit, propria, ex qua corpus constat, et peregrina, quae in spatiolis a propria materia vacuis hospitatur; verum tamen quoniam utraque cum ipso corpore movetur, et in unam massam coaluit, fieri profecto non potest, quin propria in motum caloricum exagitata, eodem simul moveatur peregrina, et vice versa: quemadmodum spongia calida frigidior aquam in poros receptam calefacit, et vicissim, calidior aqua frigidior spongiam.

## § 6

Motum intestinum triplici ratione fieri posse concipimus; nimirum 1) si particulae corporis insensibiles locum continuo mutant, vel 2) in eodem loco persistendo continuo gyrantur, aut denique 3) per insensibile spatiolum insensibili tempusculo. ultro citroque continuo agitantur. Primum genus *progressivi*, alterum *gyratorii*, tertium *tremuli*<sup>a</sup> motus intestini nomine salutamus. Rursum itaque ratio reddenda est, a quonam istorum motuum calor proficiscatur. Quod ut appareat, principiorum locosequentia ponenda sunt. 1) *Eum motum intestinum caloris causam non esse, si quem in quibusdam corporibus calidis nullum esse fuerit demonstratum.* 2) *Nec eum motum intestinum causam caloris existere, quo praeditum est corpus minus calidum, quam aliud, quod eodem motu caret.*

---

<sup>a</sup> В оригинале ошибочно alterum tremuli, tertium gyratorii.

воздухе — она не остается ни на малейшее осязаемое время. Сюда же присоединяется, что теплота оказывается различной, в соответствии с различной тяжестью и твердостью тел, и опыт показывает, что интенсивность ее пропорциональна весу тела, соответствующему степени сцепления его частей, — очевидное указание на то, что связанная материя тел есть материя их теплоты. И хотя связанная материя двойка — собственная, из которой состоит тело, и посторонняя, находящаяся в пустотах, лишенных собственной материи, — однако, так как обе движутся вместе с самим телом и сочетались в одну общую массу, то не может быть, чтобы при возбуждении собственной материи к теплотворному движению не приходила в такое же движение посторонняя материя, и наоборот, — подобно тому как теплая губка нагревает проникающую в поры ее более холодную воду и, наоборот, более теплая вода согревает более холодную губку.

## § 6

Внутреннее движение мы представляем себе происходящим тройким образом: 1) нечувствительные частицы непрерывно изменяют место, или 2) вращаются, оставаясь на месте, или, наконец, 3) непрерывно колеблются взад и вперед на нечувствительном пространстве, в нечувствительные промежутки времени. Первое мы назовем *поступательным*, второе *вращательным*, третье *колебательным*<sup>a</sup> внутренним движением. Теперь следует рассмотреть, которое же из этих движений производит теплоту. Чтобы это выяснить, мы примем за основу следующие положения. 1) *То внутреннее движение не есть причина теплоты, отсутствие которого будет доказано в горячих телах.* 2) *Не является причиной теплоты и то внутреннее движение, которое имеется у тела менее горячего, чем другое тело, лишенное этого движения.*

---

<sup>a</sup> В оригинале ошибочно второе колебательным, третье вращательным.



## § 7

Corporum liquidorum particulae tam levi nexu inter se cohaerent, ut diffluant, nisi duro aliquo corpore cohibeantur, atque nulla fere vi externa opus sit ad tollendam earum cohaesionem, sed sponte sua divelli, a se invicem recedere atque motu progressivo moveri possint. Unde fit, quod nulla signa durabilia liquoribus imprimi queant, sed omnia momento oblitterentur. An progressivus intestinus motus in omni corpore liquido, etiam gradu caloris vitalis, frigidiore, actu fiat necne, non hic disquirimus, cum proposito nostro satisfactum iri non dubitemus, si ostenderimus dari casus frequentissimos, in quibus ille clarissime patet. Idcirco solutiones salium in aqua primo in medium producimus. Fit enim lege constanti, ut aqua ad sensum quieta manui sensibile frigus imprimens salem marinum, nitrum, salemve ammoniacum in medio fundo vasis positum solvens, eum quaque versus distrahat per totum sui volumen. Quod cum fieri alias nequeat nisi aquae particulae abreptas salinas moleculas a frusto salis removeant; satis ergo elucet aqueas particulas ipsas motu progressivo ferri, ubi salem aliquem dissolvunt. Idem contingere in argento vivo, cum metalla corrodit et particulas eorum distrahit, in spiritu vini, cum tincturas ex vegetabilibus elicit, nemo ibit inficias.

## § 8

Contra autem particulae corporum solidorum, praesertim duriorum inorganicorum, tam arcto nexu vinctae deprehenduntur, ut vi externae eas dividendi admodum resistent: quamobrem fieri non potest, ut sponte sua rupto cohaesionis vinculo a se invicem recedant et motu intestino progressivo ferantur. Unde fit, quod etiam subtilissima signa illis incisa per saecula durent, nec nisi continuo usu aut aëris injuria, aut denique corpore

## § 7

Частицы жидких тел связаны друг с другом так слабо, что растекаются, если не сдерживаются каким-либо твердым телом, и не требуется почти никакой внешней силы, чтобы уничтожить их сцепление, но они могут самопроизвольно расходиться, удаляться друг от друга и двигаться поступательно. Поэтому на жидкости нельзя запечатлеть постоянные знаки, но все они мгновенно исчезают. Имеется ли налицо в каждом жидком теле, даже более холодном, чем жизненный уровень тепла, внутреннее поступательное движение или нет — не будем здесь исследовать; мы не сомневаемся, что для нашей цели достаточно будет показать, что есть очень много случаев, в которых оно проявляется совершенно ясно. Для этого начнем прежде всего с растворов солей в воде. Неизменно наблюдается, что вода, на ощущение совершенно спокойная, сообщающая руке ощутительный холод, растворяя помещенные на дно сосуда соли — морскую, селитру, нашатырь, — разносит их по всему своему объему. А так как это может происходить лишь если частицы воды удаляют молекулы соли, оторванные от куска, то вполне очевидно, что сами водяные частицы движутся поступательно, когда растворяют какую-либо соль. То же — никто не станет отрицать этого — происходит и в ртути, когда она разъедает металлы и разносит их частицы; в винном спирте, при извлечении им красящих веществ из растений.

## § 8

Наоборот, частицы твердых тел, особенно более твердых неорганических, оказываются соединенными такой тесной связью, что энергично сопротивляются внешней силе, стремящейся их разъединить. Вследствие этого им невозможно самопроизвольно, разрушив связь сцепления, отойти друг от друга и двигаться внутренним поступательным движением. Поэтому даже самые незначительные знаки, вырезанные на

ipso in statum fluiditatis reducto oblitterentur. Magnum his momentum affert aurum, quod superficiei utensilium ex argento fabrefactorum inductum per longum tempus eidem adhaeret, nec nisi frequenti usu diminuitur. Contra vero momento temporis superficiem relinquit et per totam argenti massam distrahitur, quam primum res ex eo facta et deaurata igne funditur. Haec omnia manifesto indicant particulas corporum solidorum, praesertim duriorum et inorganicorum, motu progressivo haud moveri.

### § 9

His ita comparatis, consideremus primo vas aliquod argenteum, seu aliam rem ex ejusmodi metallo fabrefactam, auro obductam et subtilissimis signis incisis caelatam, ad eum gradum calefactam, in quo aqua ebullire solet. Videbimus aurum in superficie inconcussum, signa nec minimum immutata, ipsam duriciem corporis eandem persistere, eaque separationem insensibilem particularum prorsus excludi. Hoc autem clarissime ostenditur corpus posse esse magnopere calidum sine motu intestino progressivo. Secundo conferemus durissimum aliquem lapidem, ex. gr. adamantem, qui ad gradum liquefacti plumbi calefactus est (quod saepius sine damno et ulla mutatione gemmae artifices eum polituri facere solent), cum aqua utcumque frigida salem solvente, eoque ipso frigidiore facta, vel cum mercurio argentum corrodente; priorem inveniemus sine motu intestino progressivo calidissimum, posteriorem eodem motu agitari, calorem tamen adeo exiguum in se prodere, evidentissimeque ostendere, saepius fieri, ut corpora motu progressivo intestino praedita multo minus calida sint iis, quae eodem motu destituuntur. Ex his autem vi principiorum superius (§ 6) alla-

них, сохраняются веками и уничтожаются лишь от постоянного употребления, или от действия воздуха, или от перехода самого тела в жидкое состояние. В этом отношении хорошим доказательством служит пример золота, которое, будучи нанесено на поверхность серебряных изделий, долгое время остается на ней и стирается только от частого пользования. Наоборот, оно мгновенно оставляет поверхность и распространяется по всей массе серебра, как только серебряная позолоченная вещь плавится на огне. Все это ясно показывает, что частицы твердых тел, особенно более твердых и неорганических, не имеют поступательного движения.

## § 9

Установив это, рассмотрим, во-первых, какой-нибудь серебряный сосуд или другой предмет из этого металла, покрытый золотом и снабженный самыми мелкими вырезанными знаками, нагретый до такой степени тепла, при которой кипит вода. Мы увидим, что золото на поверхности остается незатронутым и знаки нимало не изменившимися; самая твердость сосуда остается прежней, и этим совершенно исключена возможность отделения нечувствительных частиц. Отсюда совершенно очевидно, что тело может быть сильно нагрето без внутреннего поступательного движения. Во-вторых, сравним какой-нибудь очень твердый камень, например алмаз, нагретый до температуры плавления свинца (что мастера часто делают, собираясь его шлифовать, безо всякого вреда или изменения драгоценного камня), с довольно холодной водою, растворяющей соль и тем самым еще более охлаждающейся, или со ртутью, разъедающей серебро. Первый мы найдем очень горячим без внутреннего поступательного движения, а вода и ртуть, обладающие таким движением, показывают очень малую степень теплоты. Это самым наглядным образом свидетельствует, что весьма часто тела, обладающие

torum sequitur motum materiae cohaerentis intestinum progressivum caloris causam non esse.

### § 10

Ex definitione motus intestini tremuli (§ 6) clare perspicitur, illo corporis partes agitante, ipsas cohaerere non posse. Quamvis enim distantiae, quibus subtilissimae vibrationes absolvuntur, sint maxime exiguae, fieri tamen non potest, quin particulae a mutuo contactu recedant, et plerumque extra illum versentur. Ad sensibilem cohaesionem partium corporis requiritur non interruptus earundem mutuus contactus; corporis ergo partes nulla cohaesione sensibili vinciri possunt, si illae tremulo intestino motu concutiuntur. Verum quoniam pleraque corpora ad ignitionem usque ustulata fortissimam partium cohaesionem conservant; idcirco patet *calorem corporum a motu intestino tremulo materiae cohaerentis haud proficisci* (§ 6).

### § 11

Remotis igitur progressivo et tremulo intestinis motibus, necessario sequitur *calorem consistere in motu intestino gyratione* (§ 6) *materiae cohaerentis* (§ 4), necesse enim est, ut cuidam ex tribus tribuatur.

### § 12

Quaeri autem hic potest, utrum particulae corporum solidorum durante firma cohaesione mutua juxta se invicem gyrari possint. Huic quaestioni ut satisfiat, sufficit in mentem revocare

внутренним поступательным движением, нагреты гораздо меньше, чем те, которые не обладают таковым движением. Отсюда, в силу положений, приведенных в § 6, следует, что *внутреннее поступательное движение связанной материи не есть причина теплоты.*

### § 10

Из определения внутреннего колебательного движения (§ 6) ясно видно, что при таком движении частицы тел не могут быть в сцеплении друг с другом. Хотя расстояния, в которых совершаются их крайне малые колебания, весьма незначительны, однако невозможно, чтобы при этом частицы не лишались взаимного касания и по большей части не оказывались вне его. Для ощутительного сцепления частиц тела требуется непрерывное взаимное соприкосновение их; следовательно, частицы тела не могут находиться в ощутительном сцеплении, если они сотрясаются внутренним колебательным движением. Но так как большинство тел при нагревании до огненного каления сохраняет очень сильное сцепление частей, то очевидно, что *теплота тел не происходит от внутреннего колебательного движения связанной материи (§ 6).*

### § 11

Итак, после того как мы отвергли поступательное и колебательное внутренние движения, с необходимостью следует, что *теплота состоит во внутреннем вращательном движении (§ 6) связанной материи (§ 4)*—ведь ее необходимо приписать которому-нибудь из трех движений.

### § 12

Здесь можно, однако, задать вопрос: могут ли частицы твердых тел, находясь в непрерывном и совершенном сцеплении, вращаться одна около другой? Чтобы ответить на

duo marmora politis superficiebus in contactu posita juxta se invicem facile moveri, fortissima cohaesione, qua vincuntur, nihil obstante; item vitra lenticularia ubi poliuntur, formae celerime in gyrum agitatae ita adhaerere, ut ea secundum lineam plano contactus perpendiculararem sine damno removeri nequeant. His consideratis clarissime concipi potest, particulas corporum minutissimas juxta se invicem cohaesione haud obstante gyri posse eo facilius, quo plana contactus ad superficies integras fuerint in ratione minore. Ceterum fluidorum particulas, cum plerumque motu intestino progressivo moveantur, cohaesione nil morante, etiam in gyrum agi posse, salva eadem, aperte patet.

### § 13

Ex hac nostra theoria sequentia corollaria deducuntur. 1) Ad motum nostrum calorificum nulla corpuscula materiae sphaericis esse aptiora, cum non nisi in puncto unico se mutuo contingere possint, et frictionem vix aliquam in se invicem exercere. 2) Cum omnis motus prout quantitas intendi et remitti possit, idem ergo de calorifico motu est sentiendum. Quo autem motus est major, eo effectus validior esse debet; unde crescente motu calorifico, hoc est, actis celerius in gyrum particulis materiae cohaerentis, calorem intendi, decrescente remitti necesse est. 3) Corporum calidorum particulas celerius gyri, frigidiorum tardius. 4) Corpora calida contactu frigidiorum refrigerari, retardato per illum motu calorifico, et contra frigida calefieri, eodem per contactum accelerato. 5) Quando itaque manus calorem sentit in aliquo corpore, particulae materiae cohaerentis manus in celeriore motum gyrationum excitantur;

него, достаточно вспомнить, что два куска мрамора, сложенные полированными поверхностями, легко движутся по отношению друг к другу и этому нисколько не препятствует взаимное сильное сцепление; также стеклянные чечевицы при шлифовке столь плотно пристают к быстро вращающимся формам, что не могут быть сдвинуты по линии, перпендикулярной к плоскости касания, без порчи их. Приняв это во внимание, мы можем ясно представить себе, что мельчайшие частицы тел могут вращаться одна вокруг другой, несмотря на сцепление, тем легче, чем в меньшем отношении находятся их плоскости соприкосновения ко всей поверхности. Что касается жидкостей, то вполне очевидно, что их частицы, которые в большинстве двигаются внутренним поступательным движением, вследствие отсутствия сопротивления, производимого сцеплением, могут иметь и вращательное движение, сохраняя первое.

### § 13

Из этой нашей теории выводятся такие следствия: 1) Для нашего теплотворного движения самой подходящей является шарообразная форма корпускул материи, так как такие частицы могут взаимно касаться только в одной точке и не производят по отношению друг к другу почти никакого трения. 2) Так как каждое движение, будучи величиной, может увеличиваться и уменьшаться, то надо то же предполагать и для теплотворного движения. Но чем больше это движение, тем значительнее будет его действие; отсюда, при увеличении теплотворного движения, т. е. при более быстром вращении частиц связанной материи, теплота должна увеличиваться, а при более медленном — уменьшаться. 3) Частицы горячих тел вращаются быстрее, более холодных — медленнее. 4) Горячие тела должны охлаждаться при соприкосновении с холодными, так как оно замедляет теплотворное движение




sin vero sensu frigidioris materiae afficitur, gyratorius illarum motus retardatur.

### § 14

Nulla demonstrandi methodus certior est ea mathematicorum, qui deductas a priori propositiones exemplis vel examine instituto a posteriore confirmare solent. Idcirco nostram theoriam ulterius prosecuturi, ad exemplum eorum phaenomena praecipua, quae circa ignem et calorem observantur, explicando assertum § 11 verissimum esse confirmabimus.

### § 15

Phaenom. 1. Corporibus duris se mutuo fricantibus, unum eorum super alterum movetur superincesso radente, unde sequitur



particulas in superficiebus frictionis constitutas in se mutuo impingere. Ponamus ergo corpus  $AB$  moveri super corpus  $CD$  ex  $B$  versus  $A$ ; particula  $ab$  impinget parte superficiei  $b$  in partem superficiei  $c$  particulae  $cd$ , adeoque particula  $ab$  sollicitabit ad motum particulam  $cd$ , et contra particula  $cd$  vi resistentiae suae sollicitabit ad motum contrarium particulam  $ab$ . Cum vero utraque corpori duro inhaereat, ideo loco suo cedere et motu progressivo moveri non potest, motus autem corporis  $AB$  non cessat; consequenter particula  $cd$  movebitur circa centrum suum versus eam directionem, secundum quam urgetur a parti-

culam  $cd$ , et contra particula  $cd$  vi resistentiae suae sollicitabit ad motum contrarium particulam  $ab$ . Cum vero utraque corpori duro inhaereat, ideo loco suo cedere et motu progressivo moveri non potest, motus autem corporis  $AB$  non cessat; consequenter particula  $cd$  movebitur circa centrum suum versus eam directionem, secundum quam urgetur a parti-


частиц; наоборот, холодные тела должны нагреваться вследствие ускорения движения при соприкосновении. 5) Итак, когда рука ощущает теплоту в каком-либо теле, то частицы связанной материи руки приводятся в более быстрое вращательное движение; а при ощущении холода — их вращательное движение замедляется.

### § 14

Нет более надежного способа доказательства, чем способ математиков, которые подтверждают выведенные *a priori* положения примерами и проверкой *a posteriori*. Поэтому мы, чтобы развить далее нашу теорию, по примеру математиков объясним важнейшие явления, наблюдаемые для огня и теплоты, и тем подтвердим полную правильность выдвинутого в § 11 положения.

### § 15

Явление 1. При взаимном трении твердых тел одно из них движется по другому и скребет его; отсюда следует, что частицы, расположенные на поверхностях трения, ударяются друг о друга. Итак пусть тело *AB* движется по телу *CD* из *B* в *A*; частица *ab* частью своей поверхности *b* ударяет в часть *c* поверхности частицы *cd*, так что частица *ab* возбudit к движению частицу *cd* и, наоборот, частица *cd* силою своего сопротивления возбudit к обратному движению частицу *ab*. Так как и та и другая входят в состав твердого тела, то они не могут оставить своего места и двигаться поступательно; но движение тела *AB* не прекращается, следовательно частица *cd* будет двигаться вокруг своего центра



cula *ab*; particula vero *ab* movebitur circa centrum suum secundum eam directionem, versus quam retardatur a particula *cd*, hoc est utraque movebitur motu gyratorio. Hac ratione singulis particulis, quae in plano frictionis constitutae sunt, in gyrum actis, etiam reliquae particulae, corpora *AB* et *CD* constituentes, propagata frictione in motum gyratorium excitantur. Hinc igitur patet, qui fiat, ut corpora solida per frictionem mutuam incalescant; denique sequentia corollaria eliciuntur. 1) Phae-nom. 2. Quo fortius fricandae superficies corporum *AB* et *CD* comprimuntur, quoque celerius juxta se invicem moventur, eo validius particulas *ab* et *cd* ad motum gyratorium sollicitari, eoque celerius corpora ipsa incalescere. 2) Phae-nom. 3. Quoniam corporum liquidorum particulae levissime inter se cohaerent, et loco facillime cedunt, particulae igitur *ab* et *cd*, si fuerint in superficiebus corporum liquidorum, cedendo sibi invicem, eum motum gyratorium concipere nequeunt, quem solidis affixae acquirunt. Hoc autem efficitur, ut non solum fluida per frictionem, quae inter massas liquoris exagitati exoritur, sed ne solida quidem, quam diu superficies liquido corpore delibutas habent, unquam sensibiliter incalescant.

## § 16

Phae-nom. 4. Quando virga ferrea longiore fricatur clavus, tum singulae particulae in superficie virgae constitutae impingunt in particulas clavi, sibi obvias. Quoniam autem superficies virgae radens major est, quam superficies clavi, major ergo vis particularum impingit in superficiem clavi, quam in superficiem virgae; consequenter particulae clavum constituentes, crebrioribus ictibus exagitatae, promptius in motum gyratorium excitari debent, quam particulae, ex quibus virga constat. Unde mirum non est, clavum prius incalescere, quam virgam.

в том направлении, в каком ее толкает частица  $ab$ ; а частица  $ab$  — около своего центра в том направлении, в котором ее задерживает частица  $cd$ ; т. е. обе будут двигаться вращательно. Когда, таким образом, придут во вращательное движение отдельные частицы, которые расположены в плоскости трения, то вследствие распространения трения придут во вращательное движение и остальные частицы, составляющие тела  $AB$  и  $CD$ . Отсюда ясно, каким образом твердые тела нагреваются от взаимного трения. Далее, отсюда происходят такие следствия. 1) Явление 2. Чем сильнее при трении сжимаются поверхности тел  $AB$  и  $CD$  и чем скорее они двигаются друг возле друга, тем сильнее возбуждаются к вращательному движению частицы  $ab$  и  $cd$  и тем быстрее разогреваются тела. 2) Явление 3. Так как частицы жидких тел очень слабо сцеплены друг с другом и очень легко уходят со своего места, то частицы  $ab$  и  $cd$ , если они находятся на поверхностях жидких тел, уступая место друг другу, не могут воспринять то вращательное движение, которое получают частицы, входящие в состав твердого тела. Вследствие всего этого жидкие тела не только не нагреваются заметным образом от трения, возникающего между массами взбалтываемой жидкости, но не нагреваются заметным образом и твердые тела, если поверхность их смочена жидкостью.

## § 16

Явление 4. Если тереть гвоздь более длинным железным прутом, то отдельные частицы, расположенные на поверхности прута, ударяют во встречающиеся им частицы гвоздя. Но так как трущая поверхность прута больше, чем поверхность гвоздя, то в поверхность гвоздя ударяет большее число частиц, чем в поверхность прута; вследствие этого частицы гвоздя, возбуждаемые более частыми ударами, должны приходить во вращательное движение скорее, чем частицы прута. Поэтому не удивительно, что гвоздь нагревается раньше, чем прут.

## § 17

**Phaenom. 5.** Ferrum frigidum ubi exagitur malleis, praesertim ad angulos obliquos illis, pars massae ferreae malleo impetita cedit, juxta sibi vicinam, quae ictum non sensit, pellitur, et non secus ac corpus arctissime alteri superficie tenus applicatum, validissimoque superincesso radente incedens eam fricat; ingruente vero frequentiore ictuum impetu, frictio inter exagitas ferreae massae partes multiplicatur, motusque gyrotorius particularum ferri usque adeo increscit, ut illud aliquando ad rubedinem ignescat. **Phaenom. 6.** Non aliter fit, quando bacillus quicumque metallicus, non elasticus praesertim, reciprocis inflexionibus multoties incurvatur: etenim in latere ejus convexo partes massae secundum directiones contrarias distrahuntur, juxta se invicem superincesso radente serpunt, fricantur, gyrantur, et curvatura bacilli incalescit.

## § 18

**Phaenom. 7.** Si corpus magis calidum *A* est in contactu cum alio corpore *B*, quod est minus calidum, particulae corporis *A* in contactu constitutae, quoniam celerius gyrantur, quam particulae corporis *B* illis contiguae (§ 13), celeriore igitur rotatione accelerant motum gyrotorium particularum corporis *B*, scilicet partem motus sui illis communicant; adeoque tantum his decedit, quantum accedit illis: hoc est, quando particulae corporis *A* motum gyrotorium particularum corporis *B* accelerant, suum tardiores reddunt. Hinc fit, ut corpus *A*, per contactum calefaciens corpus *B*, ipsum refrigeretur.

## § 19

**Phaenom. 8.** Ceterum particulae corporis *B* in superficie contactus motae contingunt alias particulas ejusdem corporis. a superficie contactus remotiores, quae motu suo per mutam

## § 17

Явление 5. Когда холодное железо расковывается молотами, в особенности если они ударяют под косыми углами, то часть железной массы уступает ударам молота, надвигается на соседнюю часть, не подвергаемую ударам, и трет ее, совершенно как тело, очень тесно приложенное к поверхности другого идвигающееся по нему с сильным трением. Под влиянием более частых ударов трение между возбуждаемыми частями железной массы увеличивается, и вращательное движение частиц возрастает до того, что железо иногда накаливается докрасна. Явление 6. Совершенно то же наблюдается в любой металлической палке, в особенности не упругой, при многократном перегибании: в самом деле, части массы ее, находящиеся на выгнутой стороне, расходятся в противоположных направлениях, проходят друг по другу скребущим движением, трутся, получают вращение, и сгиб палки нагревается.

## § 18

Явление 7. Если более теплое тело  $A$  находится в соприкосновении с другим телом  $B$ , менее теплым, то находящиеся в точках соприкосновения частицы тела  $A$ , вращаясь быстрее, чем соседние с ними частицы тела  $B$  (§ 13), более быстрым вращением ускоряют вращательное движение частиц тела  $B$ , т. е. передают им часть своего движения; столько же движения уходит от первых, сколько прибавляется у вторых; т. е. когда частицы тела  $A$  ускоряют вращательное движение частиц тела  $B$ , то замедляют свое собственное. Вследствие этого, когда тело  $A$  при соприкосновении нагревает тело  $B$ , то само оно охлаждается.

## § 19

Явление 8. Далее, частицы тела  $B$ , расположенные в поверхности касания, приходя в движение, соприкасаются с другими частицами того же тела, более отдаленными от поверхности

frictionem cum anterioribus accelerato etiam alias sibi vicinas in gyrum agunt, et sic motus intestinus gyratorius a superficie contactus usque ad superficiem oppositam successive propagatur. Contra vero particulae corporis *A*, in plano contactus constitutae, quoniam in motu suo retardantur (§ 18), ideoque alias sibi contiguas, hae vero alias atque alias successive usque ad superficiem contactui oppositam praepediunt, hinc perspicitur, unde fiat, ut corporis minus calidi, appositi corpori magis calido, superficies in contactu constituta prius incalescat, quam aversa, et corporis calidioris admoti corpori frigidiori contigua superficies prius refrigeretur, quam eidem opposita.

## § 20

Phaenom. 9. Si corporis minus calidi *A* superficiebus oppositis admoventur duo corpora magis calida *B* et *C*, ab utraque superficie propagabitur motus intestinus gyratorius versus alteram, adeoque integrum corpus *A* celerius occupabit, quam si ab uno latere profectus ad alterum pertingere opus haberet, admoto nempe corpore alterutro *B* vel *C*; pariter si corpus *A* est magis calidum, quam *B* et *C*, corpora utrinque illi admota, motus gyratorius particularum ejus celerius debet retardari, quam si corpus *A* uno latere esset in contactu cum corpore minus calido *B* vel *C*. Hinc sequitur particularum motum gyratorium eo celerius intendi vel remitti, quo major superficies exponitur corpori calidiori vel frigidiori ambienti. Quoniam autem superficies corporum similium sunt in duplicata, soliditates vero in triplicata ratione diametrorum, rursus igitur evidens est, quare corpora calida ejusdem generis, majoris voluminis in eodem medio ambiente, ex. gr. aëre, et ejusdem figurae

касания; эти, ускорив свое движение от взаимного трения с первыми, приводят во вращение и другие соседние, и так внутреннее вращательное движение последовательно распространяется от плоскости касания до противоположной поверхности. Наоборот, частицы тела *A*, находящиеся в плоскости касания, замедляются в своем движении (§ 18), а от них замедление передается соседним с ними, затем последовательно все новым и новым вплоть до поверхности, противоположной касанию. Отсюда уясняется, почему находящаяся в соприкосновении поверхность менее нагретого тела, приложенного к более горячему, нагревается раньше, чем противоположная, а соприкасающаяся поверхность более горячего тела, придвинутого к более холодному, охлаждается раньше, чем противоположная ей.

## § 20

Явление 9. Если к противоположным поверхностям менее теплого тела *A* придвинуты два более теплые тела *B* и *C*, то от каждой поверхности касания будет распространяться по направлению к другой внутреннее вращательное движение, а потому оно охватит все тело *A* быстрее, чем если бы это движение, начавшись с одной стороны, должно было распространиться до другой стороны, т. е. если бы было придвинуто только либо тело *B*, либо тело *C*. Точно так же, если тело *A* теплее придвинутых к нему с обеих сторон тел *B* и *C*, вращательное движение его частиц должно замедлиться скорее, чем если бы тело *A* было в соприкосновении с одним менее горячим телом *B* или *C* только одной стороной. Отсюда следует, что вращательное движение частиц увеличивается или замедляется тем быстрее, чем большая поверхность приходит в соприкосновение с приложенным более горячим или более холодным телом. А так как поверхности подобных тел находятся в двойном, а объемы — в тройном



tardius refrigerantur, frigida vero tardius calefiunt, quam si ejusdem voluminis essent.

### § 21

Phaenom. 10. Corpora mota et quiescentia resistunt pro ratione inertiae, quam gravitati proportionalem esse constat; particulae igitur gravioree difficilius eadem vi in motum calorificum excitantur, vel motae retardantur, quam quae leviores sunt. Iterum ergo perspicuum est, cur corpora frigida specificè graviora in eodem medio calefaciente tardius calefiant, calida vero in eodem medio frigido tardius refrigerentur, quam specificè leviora.

### § 22

Phaenom. 11. Duriorum corporum particulas fortius cohaerere, quam molliorum, certum est. Inde vero amplioribus planis contactus easdem jungi haud incongruum videtur. Pro ratione vero planorum contactus etiam particulas ipsas crassiores esse oportere probabili adeo conjectura consequimur, hoc est corporum duriorum particulas esse mole majores iis, quae molliora constituunt. Accedit, quod duriorum corporum particulae plerumque ad tactum sint asperae atque adeo sensibus crassitudinem suam exerant. Quoniam autem corpora majoris voluminis, ceteris paribus, difficilius ex quiete in motum excitari, et mota retardari atque cohiberi possunt, quam minora; unde crassiores particulae duriorum corporum haud tam facile calorificum motum et recipiunt et amittunt, quam subtiliores molliorum. Non obscure igitur hinc colligi potest ratio, cur duriora corpora ad calorem

отношении диаметров, то выясняется также, почему теплые тела одного рода и одинаковой фигуры, но большего объема, в одной и той же окружающей среде, напр. в воздухе, медленнее охлаждаются, а холодные медленнее нагреваются, чем если бы были того же объема.

## § 21

Явление 10. Движущиеся и покоящиеся тела оказывают сопротивление в соответствии с инерцией, как известно, пропорциональной их весу; поэтому одной и той же силой более тяжелые частицы возбуждаются к теплотворному движению труднее или, находясь в движении, замедляют такое труднее, чем более легкие. Отсюда опять-таки очевидно, почему холодные тела, удельно более тяжелые, в одной и той же согревающей среде нагреваются медленнее, а теплые в одной и той же охлаждающей среде охлаждаются медленнее, чем удельно более легкие.

## § 22

Явление 11. Несомненно, что частицы более твердых тел сцеплены прочнее, чем частицы более мягких. Отсюда представляется уместным дальнейший вывод, что первые связываются друг с другом большими площадями соприкосновения. Соответственно площадям соприкосновения, как можно, рассуждая далее, предполагать, и самые частицы должны быть крупнее, т. е. частицы более твердых тел должны иметь большую массу, чем частицы более мягких. К тому же частицы более твердых тел по большей части наощупь шероховаты и таким образом обнаруживают чувствам свою большую величину. Так как при прочих равных условиях тела большего объема труднее могут возбуждаться от покоя к движению и труднее замедляют и прекращают движение, чем тела меньшего объема,

concupiendum et amittendum sunt tardiora, quam illa, quae molliora sunt.

### § 23

*Phae nom.* 12. Particulae corporum calidorum quoniam gyrantur, rationi itaque consentaneum est, eas motis superficiebus suis in se invicem agere, adeoque unamquamque ab alia sibi vicina pelli, eo fortius, quo motus gyratorius est perniciosior. Huic repulsioni quoniam contraria est cohaesio particularum, idcirco una earum alteri derogat, atque adeo crescente motu gyratorio cohaesionem particularum minui oportet. Unde minime mirum est vi caloris solidorum etiam corporum duritiem debilitari, imo ita infringi, ut prorsus tollatur particularum cohaesio, quorum prius in liquefactis, posterius in resolutis in vapores experimur.

### § 24

Hinc sequitur 1) liquiditatis et fluiditatis corporum causam esse motum particularum gyratorium, cujus vis repulsiva sufficit ad illarum cohaesionem eousque infringendam, donec vel libere juxta se invicem labi et diffluere possint, vel sublato prorsus earum nexu per auras dissipari. 2) Evaporationum et exhalationum causam plerumque in eo consistere, ut pro vario aëris statu, varia vi concurrente calorifico, eoque centrifugo simul motu, particulae corporum avulsae dissipentur. 3) Corpora fluida et liquida semper calorem in se, licet minimum, habere, quantumvis frigida appareant.

то более крупные частицы более твердых тел получают и отдают теплотворное движение не так легко, как более мелкие частицы тел более мягких. Отсюда ясна причина, отчего более твердые тела медленнее воспринимают и отдают теплоту, чем тела более мягкие.

### § 23

Явление 12. Так как частицы нагретых тел вращаются, то рассуждение требует принять, что своими движущимися поверхностями они действуют одна на другую, так что каждая отталкивает другую тем сильнее, чем энергичнее вращательное движение. Так как этому отталкиванию противодействует сцепление частиц, то одно уменьшает другое, и при возрастающем вращательном движении должно уменьшаться сцепление частиц. Поэтому совсем не удивительно, что твердость твердых тел уменьшается силой теплоты, даже в конце концов ослабевает настолько, что уничтожается вообще сцепление частиц; первое мы наблюдаем, когда тела превращены в жидкость, второе — когда тела разошлись в виде паров.

### § 24

Отсюда следует, что 1) причина текучести и газообразности тел есть вращательное движение частиц и возбуждаемая им отталкивательная сила достаточна для нарушения сцепления частиц в такой степени, что частицы могут или свободно скользить друг около друга и растекаться, или при полном уничтожении их связи рассеиваться в воздухе; 2) причина улетучивания и испарения состоит главным образом в том, что благодаря различному состоянию воздуха, а также тому, что ему содействует с различной силой теплотворное, или, что то же, центробежное движение, частицы тел, оторвавшись, рассеиваются; 3) тела газообразные и жидкие всегда имеют в себе теплоту, хотя бы и небольшую, какими бы холодными ни казались.

## § 25

*Phaenom.* 13. Corpus *A* agens in corpus *B* majorem celeritatem motus illi imprimere non potest, quam habet ipsum. Si igitur corpus *B* fuerit frigidum et immersum corpori fluido calido *A*; particularum corporis *A* motus calorificus excitabit in motum calorificum particulas corporis *B*; verum in particulis corporis *B* celerior motus excitari non poterit, quam qui est in particulis corporis *A*, atque adeo corpus frigidum *B* immersum corpori *A* majorem calorem, quam *A* habet, concipere non posse patet. *Phaenom.* 14. Hinc autem perspicitur ratio, ob quam stannei vasis, aqua pleni, fundum validae adeo flammae, qua alias hoc metallum facile funditur, resistere solet. Etenim quamvis flamma particulas stanni in celerrimum motum sollicitet, aqua tamen superincumbens, cum eam celeritatem motus calorifici acquirere non possit, qua stanneae particulae indigent ad suam cohaesionem infringendam, retardat ergo earum motum gyrationem, nec fundi metallum permittit.

## § 26

Reddenda hic videtur esse etiam ratio extensionis corporum, quae plerumque cum calore eorum augeri et minui solent. Verum quoniam ea non a calore immediate, sed ab aëre elastico, poris corporum incluso, proficiscitur; ad aliam ergo occasionem hujus phaenomeni expositionem reservamus. Ceterum nulla motus celeritas tam pernix assignari potest, qua alia major mente non concipiatur. Quod cum etiam ad calorificum motum jure referri possit; calor ergo summus et ultimus gradus possibilis respectu motus non est. Contra vero idem motus eousque diminui potest, ut tandem corpus prorsus quiescat, nec ulla motus diminutio ulterius subsequi possit. Summum igitur gradum et

## § 25

Явление 13. Тело  $A$ , действуя на тело  $B$ , не может придать последнему бóльшую скорость движения, чем какую имеет само. Поэтому, если тело  $B$  холодно и погружено в теплое жидкое тело  $A$ , то тепловое движение частиц тела  $A$  приведет в тепловое движение частицы тела  $B$ ; но в частицах тела  $B$  не может быть возбуждено более быстрое движение, чем какое имеется в частицах тела  $A$ , и поэтому холодное тело  $B$ , погруженное в тело  $A$ , очевидно, не может воспринять бóльшую степень теплоты, чем какую имеет  $A$ . Явление 14. А отсюда ясно, почему дно оловянного сосуда, наполненного водою, противостоит нагреванию очень сильным пламенем, которое иначе легко плавит этот металл. Действительно, хотя пламя приводит частицы олова в очень быстрое движение, но находящаяся поверх его вода не может приобрести ту скорость теплового движения, которая необходима для уничтожения сцепления частиц олова; поэтому вода замедляет вращательное движение их и не позволяет металлу расплавляться.

## § 26

Здесь представляется уместным указать и причину расширения тел, которые обыкновенно увеличиваются и уменьшаются соответственно их теплоте. Но так как расширение происходит не непосредственно от теплоты, но от упругого воздуха, включенного в поры тела, то мы оставляем рассмотрение этого явления до другого раза. Далее, нельзя назвать такую большую скорость движения, чтобы мысленно нельзя было представить себе другую, еще бóльшую. Это по справедливости относится, конечно, и к теплотворному движению; поэтому невозможна высшая и последняя степень теплоты как движения. Наоборот, то же самое движение может настолько уменьшиться, что тело достигает, наконец, состояния совершенного покоя и никакое дальнейшее уменьшение

ultimum frigoris in absoluta quiete a motu gyratorio particularem consistere et dari posse necesse est.

### § 27

Quamvis autem summus frigoris gradus sit possibilis, verum documenta non desunt, quibus asseritur, illum in hoc orbe terrae haud uspiam dari. Etenim omne, quod nobis frigidum apparet, est solummodo minus calidum, quam organa nostra, quibus sentimus. Ita frigidissima aqua est adhuc calida, cum glacies, in quam aqua acutiore gelu constringitur, sit illa frigidior, hoc est minus calida. Profecto si cera, quae liquescit, sit vere calida, cur igitur aqua, quae nobis frigidissima apparet, re vera calida non sit, cum nil aliud sit, quam glacies liquefacta. Nec tamen putandum est congelationem corporum summi frigoris esse criterium: etenim metalla statim post liquefactionem consolidata sunt etiam glacies sui generis, sunt tamen ita calida, ut corpora combustilia sibi admota accendant. Ceterum dantur corpora fluida, quae nullo gradu frigoris cognito congelantur. Quorum fluiditas quoniam a motu calorifico proficiscitur (§ 24), patet igitur fluida illa corpora calore, quantumcunque ille sit, semper gaudere. Porro corpora eundem gradum caloris habere solent, quo praeditum est medium, in quo illa tempus notabile versantur. Cum vero aër semper et ubique fluidus observatur; adeoque calidus (per demonstrata) existit, omnia ergo corpora, quae ambit atmosphaera telluris, sunt calida, licet sensibus frigida appareant; adeoque summus gradus frigoris in globo nostro terrae non datur.

### § 28

Cum itaque motum intestinum gyratorium materiae coherentis causam caloris esse a priori demonstratum et a posteriori confirmatum habeamus, ad mentem, quam moderni philosophi

движения невозможно. Следовательно, по необходимости должна существовать наибольшая и последняя степень холода, которая должна состоять в полном прекращении вращательного движения частиц.

### § 27

Итак, хотя высшая степень холода возможна, однако нет недостатка в данных, говорящих о том, что таковая на земноводном шаре нигде не существует. Действительно, все, что нам кажется холодным, лишь менее тепло, чем наши органы чувств. Так, самая холодная вода еще тепла, так как лед, в который вода замерзает на более сильном морозе, холоднее ее, т. е. менее тепел. Если плавящийся воск действительно горяч, то почему воде, которая кажется нам очень холодной, на самом деле не быть теплой — она ведь не что иное, как расплавленный лед. Не следует, однако, считать замерзание тел признаком наибольшего холода: ведь металлы, затвердевшие тотчас после плавления, представляют собою своего рода лед, но они настолько горячи, что зажигают приближенные к ним горячие тела. Впрочем, существуют жидкие тела, которые не замерзают ни при какой известной степени холода. Так как их жидкое состояние обусловлено теплотворным движением (§ 24), то ясно, что эти жидкие тела всегда в какой-то степени обладают теплотою. Далее, тела обыкновенно имеют степень теплоты, присущую среде, в которой они находятся значительное время. А так как воздух, всегда и везде наблюдаемый, жидок, т. е. (в силу показанного) тепел, то все тела, окруженные земной атмосферой, хотя бы и казались чувствам холодными, теплы; и поэтому высшей степени холода на нашем земноводном шаре не существует.

### § 28

Таким образом, мы доказали *a priori* и подтвердили *a posteriori*, что причину теплоты является внутреннее вращательное движение связанной материи; теперь переходим



plerique de calore habent, examinandam convertimur. Tribuitur hac nostra tempestate calor causa peculiari cuidam materiae, quam plerique calorificam, quidam aetherem, nonnulli etiam ignem elementarem appellant. Eo autem major quantitas ejus in quocunque corpore adesse dicitur, quo major in eo calor observatur, ita ut pro diverso gradu calor ejusdem corporis etiam quantitas materiae calorificae in illo augeatur minuaturve. Et licet aliquando intensitate motus hujusce materiae corpus ingressae calorem in eo augeri doceatur, maxime tamen ingressus et decessus illius in diversa quantitate pro genuina causa aucti vel diminuti calor celebratur. Quae opinio cum in multorum mentibus tam altas egit radices, tantumque invaluit, ut passim in Physicorum scriptis legas, memoratam superius materiam quasi philtro quodam amatorio allectam in corporum poros irruere, aut contra horrore quasi exagitatam ex poris erumpere; quamobrem muneris nostri esse ducimus hanc hypothesim ad examen revocare. Praesertim autem fontes ipsi lustrandi sunt, ex quibus haec opinio permanavit. Eorum autem praecipui sunt quattuor, quos equidem ad alia potius naturae phaenomena diluenda derivari oporteret.

## § 29

Postquam calescentium corporum phaenomena attentius considerare coeperunt philosophi, facile animadverterunt, crescente calore, etiam volumen corporis cujusque augeri. Et cum nihil praeter calorem illis accessisse certo scirent, atque elementaris antiquorum ignis animis adhuc inhaereret; concludere inde non dubitarunt, materiam aliquam igni propriam poros corporum, cum incalescunt, intrare, eaque distendere; qua decedente eadem refrigerari, contrahi. Lubenter equidem his assensum praebemus, si quam facile sit haec supponere, tam pronum quoque esset ostendere id, quo calorifica materia in corpora subito

к рассмотрению мнений, которые большинство современных ученых высказывают относительно теплоты. В наше время причина теплоты приписывается особой материи, которую большинство называет теплотворной, другие — эфиром, а некоторые — элементарным огнем. Говорят, что тем большее количество ее находится в теле, чем бóльшая степень теплоты в нем наблюдается, так что в соответствии со степенью теплоты данного тела количество теплотворной материи в нем увеличивается или уменьшается. И хотя иногда принимают, что теплота тела увеличивается силою движения этой вошедшей в нее материи, но чаще всего считают истинною причиною увеличения или уменьшения теплоты простой приход или уход разных количеств ее. Это мнение в умах многих пустило такие глубокие корни и настолько укрепилось, что повсюду приходится читать в физических сочинениях о внедрении в поры тел названной выше теплотворной материи, как бы привлекаемой каким-то приворотным зельем; или, наоборот, — о бурном выходе ее из пор, как бы объятой ужасом. Поэтому мы считаем нашей обязанностью подвергнуть эту гипотезу проверке. Прежде всего надо осветить самые источники, из которых проистекло это мнение. Важнейшие из них четыре, которые следовало бы скорее обратить на истолкование других явлений природы.

## § 29

После того как ученые начали более внимательно изучать явления, связанные с нагреванием тел, они легко заметили, что при увеличении теплоты растёт и объем каждого тела. И так как они точно знали, что к телам не прибавилось ничего кроме теплоты, а в умах еще крепко держалось представление древних об элементарном огне, то они не поколебались заключить, что при накаливании в поры тел входит какая-то материя, свойственная огню, и расширяет их; а при выходе ее тела охлаждаются и сжимаются. Охотно согласились бы мы с ними, если бы было так же легко, как пред-

incalescentia compellatur. Qui enim fit, quaeso, ut hieme frigidissimo gelu late omnia occupante, aut in gelidissimo fundo maris,\* adeoque juxta hanc hypothesim, calorifica materia fere prorsus deficiente, pulvis pyrius exigua scintilla, repente nata, accensus stupenda flamma subito expandatur? Unde et qua tam mirabili virtute ignea illa materia momento temporis contrahitur? Verum tamen convolet ea ocissime, quacunque de causa id fiat, ex remotissimis etiam locis et pulverem pyrium accendat, expandat. Sed tum necessum erit, aut alia corpora illum ambientia advolante igne prius quam ipsum calefieri et expandi, aut ignem illum advolantem extra pulverem nec calefacere nec expandere aliquid, adeoque naturae suae oblivisci fatendum erit, quorum tamen prius experientiae, posterius sanae rationi apertissime repugnat.

### § 30

Ceterum rerum natura ita comparata est, ut causa crescente, etiam effectus ejus augeatur, et contra, eadem decrescente, effectus quoque minuat. Quamobrem ubi in duobus corporibus idem gradus caloris observatur, tum, ceteris paribus, etiam idem extensionis incrementum aut decrementum in utroque esse debet. At quanta in hoc diversitas deprehenditur! Praetereo aërem, qui a gradu congelationis ad ebullitionem aquae tertia sui parte extenditur, cum ea interim una vigesima sexta parte totius voluminis augeatur. Ipsa ejusdem fere liquiditatis corpora, ut mercurius, aqua, spiritus vini, et olea diversa, item et solida, ut metalla, vitrum etc., mirum quantum discriminis habent inter extensionis incrementa in eodem gradu caloris acquisita. Ne hic tamen majorem partium cohaesionem expansionis impedimento esse quis putet: quippe chalybem fortiore partium

\* Boerhaave, Elem. Chym., par. 2, ex Sinclairi Arte gravitatis, p. 301

положить это, и показать, чем именно теплотворная материя загоняется во внезапно нагревающиеся тела. Каким образом, спрашивается, в самую холодную зиму, когда все охвачено лютым морозом, или в самой холодной морской глубине,\* где, согласно этой гипотезе, теплотворной материи почти совершенно нет, порох, зажженный малейшей внезапно зародившейся искрою, вспыхивает вдруг огромным пламенем? Откуда и в силу какой удивительной способности материя эта мгновенно стягивается в одно место? Но пусть она слетается столь стремительно, по какой бы то ни было причине, из самых отдаленных мест и, зажигая, расширяет порох. Но ведь в этом случае необходимо, или чтобы другие тела, окружающие порох, раньше его нагрелись от прилетевшего огня и расширились, или чтобы этот летучий огонь ничего, кроме пороха, не мог зажигать и расширять, то есть должен был бы позабыть свою природу. Первое, очевидно, противоречит опыту, а второе — здравому смыслу.

### § 30

Вообще природа вещей такова, что при возрастании причины растет и ее действие и, наоборот, при ее убывании уменьшается и действие. Поэтому когда одна и та же степень теплоты наблюдается в двух телах, то, при прочих равных условиях, должно было бы быть одно и то же увеличение или уменьшение протяжения каждого тела. Но какое разнообразие наблюдается в этом отношении! Умалчиваю о воздухе, который от градуса замерзания до градуса кипения воды расширяется на третью часть, тогда как вода в это время получает увеличение на одну двадцать шестую часть своего объема. Даже тела почти одинаково жидкие, как то: ртуть, вода, винный спирт, разные масла, также и твердые тела, как металлы, стекло и т. д., показывают

\* Бургаве, *Элементы химии*, часть 2, из Синклера *О тяжести*, стр. 301.<sup>1</sup>

cohaesione gaudere, quam ferrum, nemo est, qui ignorat, majora tamen incrementa extensionis capere, ferrum autem minora experientia docuit. Sic et aurichalcum, corpus cupro durius, eodem calore magis, quam id, expanditur. Nec etiam aliqua retardatio incaloescentiae a majore pondere profecta, aut quaecunque alia circumstantia, quae in diversis corporibus expansionis impedimento foret, fingi potest, quin exempla contraria occurrant, quae ficta destruant, quam diu expansio calefactorum ingredienti materiae tribuitur. Sed haec in diversis. At unum idemque corpus aliquando crescente calore in minus spatium contrahitur, e. g. aqua, ex glacie nata, est specificè gravior illa, ut etiam ad insignem gradum calefacta eandem fundum petere prohibeat. Sic ferrum et pleraque alia corpora, quamdiu dura sunt, iisdem ipsis liquefactis ob majus volumen innatant, quamvis eum gradum caloris nondum habeant, quo liquescere solent. Ex his autem omnibus clarissime apparet, expansione incaloescentium contractionequè eorum, quae refrigerantur, calorificae materiae miram illam peregrinationem minime probari.

### § 31

Sed hunc pugilem, propria sua extensionis vastitate jam labefactum, alius forte qui succedit eriget, et majore gravitate nos opprimet. Nempe non molis modo, sed etiam ponderis incremento vagabundus ille ignis praesentiam suam in corporibus demonstrare philosophis videtur, praesertim chymicis. Celeberrimus Robertus Boyle primus, ni fallor, experimentis

удивительное разнообразие в приращении протяженности, приобретенном от той же степени теплоты. Пусть, однако, не подумает кто-нибудь, что более значительное сцепление частей служит препятствием для расширения: сталь ведь обладает более крепким сцеплением частей, чем железо, как известно каждому; однако опыт показал, что сталь расширяется больше, железо — меньше. Также и бронза, тело более твердое, чем медь, расширяется от той же степени теплоты больше последней. Нельзя приписать и какое-либо замедление в накаливании большему весу тел или назвать какое-либо другое обстоятельство, которое в разных телах препятствовало бы расширению их, чтобы не представлялись противоположные примеры, говорящие против сделанных предположений, пока расширение нагретых тел приписывается входящей материи. Но это случай различных тел; а иногда одно и то же тело при увеличении теплоты сжимается — например вода, происшедшая от таяния льда, удельно тяжелее его, так что она даже при значительной степени нагревания не позволяет льду опускаться на дно. Так и железо и большинство других тел, будучи еще в твердом состоянии, плавают в этих самых телах, находящихся в расплавленном состоянии, так как занимают больший объем, хотя и не обладают еще той степенью теплоты, при которой обычно плавятся. Из всего этого вполне очевидно, что расширением накаливаемых тел и их сжатием при охлаждении отнюдь нельзя доказать эти удивительные перемещения теплотворной материи.

### § 31

Однако этого бойца, уже поколебленного собственной своей громадностью, может быть воздвигнет другой, приходящий ему на помощь, и подавит нас большей тяжестью. Ведь ученым, а особенно химикам, представляется, что этот блуждающий огонь обнаруживает свое присутствие в телах не только увеличением объема их, но и увеличением веса,

docuit corpora per calcinationem pondere augeri\* adeoque ignis et flammae partes stabiles et ponderabiles reddi posse. Quod si de igne aliquo elementari intelligi posset, firmum haberet infirmenda hic opinio propugnaculum. Verum tamen pleraque fere omnia experimenta illius, circa augmentum ponderis per ignem instituta, huc redeunt, ut vel flammae, quae corpora ustulavit, aut aëris, calcinationis tempore super corpus calcinandum fluentis, partes graves esse iis demonstraretur. Etenim ubi lamina metallica flamma sulphuris accensi ustulatur, intumescit quidem et pondere augetur; nihil aliud tamen aucti ponderis causa est, praeter acidum sulphuris, quod a phlogisto liberari et campana colligi et capi solet, tum poros cupri et argenti penetrat, illisque concretum, pondus auget. Sic ubi plumbum in minium calcinatur, flammam atram et fuligine turgidam in liquefactum metallum consulto dirigunt artifices: haec enim sola plumbi calcem rutilo illo colore ornat, et pondus ejus cum lucro artificum auget. Reliqua laudati auctoris experimenta in mantissa opusculo subjuncta majoris quidem momenti esse videntur, verum omni suspicione prorsus libera non sunt, cum auctor ipse illis praesto non adfuerit, verum operatori cuidam saepius peragenda remisit. At esto, quod praeter partes corporis accensi vel particulas in aëre circumvolitantes, qui super calcinata continuo fluit, accedat metallis calcinatione durante quaedam alia materia, quae pondus calcium auget. Quoniam autem calces ab igne remotae acquisitum pondus etiam frigidissimo gelu continuo servant, nullum tamen excessum caloris in se ostendunt; accedit igitur calcinationis actu materia quaedam corporibus, verum non illa, quae igni propria esse praedicatur. Cur enim ea in calcibus naturae suae oblivisceretur, non video. Porro calces metallorum in formam metallicam reductae pondus acquisitum amittunt. Cum vero reductio aequae ac calcinatio eodem imo fortiore igne perficiatur, nulla profecto ratio reddi potest, cur idem ignis modo corporibus semet insinuet, modo ex iisdem excu-

\* In tractatu de ponderabilitate ignis et flammae.

Первым, если не ошибаюсь, знаменитый Роберт Бойль показал на опыте, что тела увеличиваются в весе при обжигании\* и что можно сделать части огня и пламени стойкими и весомыми. Если бы это действительно могло быть показано для некоего элементарного огня, то опровергаемое нами мнение нашло бы себе здесь твердый оплот. Однако бóльшая часть, почти что все опыты его над увеличением веса при действии огня сводятся к тому, что весом обладают либо части пламени, сожигающего тело, либо части воздуха, во время обжигания проходящего над прокаливаемым телом. Так, металлическая пластинка, обжигаемая в пламени горящей серы, действительно разбухает и увеличивается в весе: но здесь причиною увеличения веса является не что иное, как кислота серы, которую можно освободить от флогистона, собрать и заключить под колокол; она проникает в поры меди и серебра и, соединяясь с ними, производит увеличение веса. Так, когда свинец пережигается в сурик, мастера намеренно направляют на расплавленный металл дымящее, сильно коптящее пламя: именно оно украшает окалину свинца красным цветом и увеличивает вес ее, с выгодой для мастеров. Остальные опыты прославленного автора в приложении к упомянутому сочинению кажутся, правда, более показательными, однако отнюдь не свободны от подозрения, так как сам автор при них не присутствовал, а их выполнение часто поручал какому-либо работнику. Но допустим, что кроме частей зажженного тела или частиц, летающих вокруг в воздухе, который непрерывно обтекает обжигаемые тела, к металлу прибавляется во время обжигания какая-нибудь другая материя, увеличивающая вес окалины его. Но так как окалины, удаленные из огня, сохраняют приобретенный вес даже на самом лютном морозе и, однако, не обнаруживают в себе какого-либо избытка теплоты, то, следовательно, при процессе обжигания к телам присоединяется некоторая материя, только не та, которая приписывается собственно

\* В трактате о весомости огня и пламени.<sup>2</sup>



tiatur. Ceterum non absimilia experimenta instituerunt viri celebres Boerhaavius\* et du Clos,\*\* quae contrarium tueri videntur. Prior enim ferri libras quinque et uncias octo, ut ante ignitionem ita quoque ignitum et extinctum ponderavit, sed nullum ponderis incrementum decrementumve deprehendit. Posterior ponderis augmentum, quod mineralibus per calcinationem accedit, deducit a partibus sulphureis, aëri (ut supra diximus) innatantibus, qui super mineralia ad calcinandum exposita continuo fluit, et illas igne ita resolutis insinuat; id autem experimento demonstrat: nimirum quod ex regulo antimonii in aëre libero calcinato ope spiritus vini tincturam rubram extrahi observavit, qua separata, massam relinqui ejus ponderis, quod regulus habebat ante calcinationem. 2) Regulum antimonii aliter, nempe sine augmento ponderis, calcinatum ejusmodi tincturam non suppeditare. Firma igitur non sunt etiam illa argumenta, quae ad peculiarem igni materiam vindicandam ex augmento ponderis calcinatorum corporum afferuntur.

## § 32

Radii solis speculo vitreo caustico excepti et collecti non minus valide urunt, quam vivide lucent, qua re ad oculum et quidem sole teste demonstrari creditur, calorificam materiam seu ignem elementarem a sole profectum in foco condensari,

\* Elem. Chim. par. 2, de igne, exper. 20.

\*\* Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences, année 1667.

огню: ибо я не вижу, почему последняя в окалинах могла бы забыть о своей природе. Далее, металлические окалины, восстановленные до металлов, теряют приобретенный вес. А так как восстановление производится тем же, что и прокаливание, даже более сильным огнем, то нельзя привести никакого основания, почему один и тот же огонь то внедряется в тела, то из них уходит. Наконец, подобные же опыты делали известные Бургаве\* и Дюкло,\*\* по видимому с противоположными результатами. Первый взвесил до накаливания, а затем снова после накаливания и остывания пять фунтов и восемь унций железа, но не нашел какого-либо приращения или уменьшения веса. Второй же приписал увеличение веса минералов при прокаливании серным частицам, носящимся (как мы сказали выше) в воздухе, который непрерывно течет над минералами, подвергаемыми прокаливанию, и внедряет в последние при их распадении в огне упомянутые частицы. Это он показывает на опыте, а именно: он наблюдал, что из королька сурьмы, обожженного на открытом воздухе, извлекается при помощи винного спирта красная вытяжка, по отделении которой оставшаяся масса имеет тот вес, как и королек до обжигания; 2) что королек сурьмы, обожженный иначе, — именно без увеличения веса, — не дает такой вытяжки. Итак, не убедительны и те доказательства, приводимые в защиту особенной, свойственной огню материи, которые основаны на увеличении веса обожженных тел.

### § 32

Солнечные лучи, уловленные и собранные стеклянным зажигательным зеркалом, дают весьма сильный жар, как и яркий свет; считают, что этим наглядно доказывается, — и само солнце тому свидетель, — что теплотворная материя

\* Элементы химии, часть 2, об огне, опыт 20.

\*\* Мемуары королевской Академии Наук, год 1667.<sup>3</sup>

4 Ломоносов, т. II

eoque splendorem et calorem intendi. Facile autem apparet supponi hic luminis materiam a sole tanquam a fonte fluminis instar diffundi. Quae hypothesis ei simillima est, ac si aërem a corpore sonoro eadem, qua sonus propagatur, celeritate quaqua versum diffundi doceretur. Nec minus evidens est ibidem aetherem et radium confundi, qui tantum inter se differunt, quantum motus et materia inter se diversa sunt, atque adeo ex foco speculi condensationem materiae igneae removeri et conspirationem motus calorifici substitui posse liquet. Materiam aetheris in foco vitri vel speculi caustici condensari qui affirmat, is, me iudice, non aliter sentit, ac si contenderet in foco fornicis elliptici non radios sonoros conspirare, sed materiam aëris ipsam comprimi. Ceterum focum solarem non propter majorem densitatem materiae aetherae, sed propter motum ejus calorificum urentissimum esse focus a lunari sidere reflexorum solis radiorum manifesto indicat. Is enim cum sit lucidissimus, urentissimum quoque esse oporteret, si ille ipse et calor a densitate materiae proficisceretur. Sed abest calor; aut ergo materiae aetherae condensatio, aut conspiratio motus ejus lucidum focum efficiat. Materiae condensationem excludere est pugnare contra hypothesim; conspirationem motus remove est materiam igneam saepe frigidam, hoc est ignem non ignem esse, fatendum erit. Haec qui mente a praejudiciis libera considerabit, nobiscum sentiet, aestu qui in foco causticae machinae generatur, materiam calori propriam minime demonstrari posse.

### § 33

Sale culinari nivi vel glaciei rasae mixto confici solet a physicis materia, frigorifica ab effectu dicta, quod aquam sibi in vase aliquo insertam in glaciem convertere solet. Quod dum

или элементарный огонь, вышедший из солнца, сгущается в фокусе [зеркала] и этим усиливается жар и свет. Легко видеть, что здесь предполагается, будто материя света распространяется от солнца, как река из источника. Но эта гипотеза очень похожа на то, как если бы мы стали утверждать, что воздух от звучащего тела распространяется во все стороны со скоростью, равной скорости звука. Очевидно, при этом смешивают эфир и лучи, которые друг от друга отличаются так же, как различаются друг от друга движение и материя. И ясно, что следует отбросить уплотнение огненной материи в фокусе зеркала и заменить его сгущением теплотворного движения. По-моему, утверждающий, что в фокусе зажигательного стекла или зеркала сгущается материя эфира, не иначе мыслит, как если бы говорил, что в фокусе эллиптического свода не звуковые лучи собираются, но сжимается самая материя воздуха. Что солнечный фокус весьма горяч не вследствие большей плотности эфирной материи, но вследствие ее теплотворного движения, достаточно доказывает фокус солнечных лучей, отраженных от луны. Так как он весьма ярок, то должен был бы быть и весьма горячим, если бы он сам и теплота происходили от уплотнения эфирной материи. Но теплоты в нем нет; итак, пусть светящийся фокус производится или уплотнением эфирной материи, или сгущением ее движения. Исключить уплотнение материи — значит идти против условия, отклонить сгущение движения — значит признать, что огненная материя может быть и холодной, т. е. что огонь — не огонь. Кто рассмотрит это без предвзятости, конечно согласится с нами, что никак нельзя доказать существование теплотворной материи возникновением жара в фокусе зажигательного прибора.

### § 33

Смешением поваренной соли со снегом или толченым льдом физики получают материю, называемую по производимому ею действию холодильной, так как вода, поставленная

fit, nix ipsa cum sale liquescit. Hinc rursus concludi solet, materiam illam igneam ex aqua in nivem circumpositam demigrare et accessu illius hanc liquescere, illam vero ob decessum ejusdem in glaciem constringi. Egregie quidem! Sed restat aliquid tentandum, priusquam palmam nobis eripi patiamur. Insere, quaeso, nivi thermometer simul cum aqua in vitro contenta, admisce nivi salem, videbis quidem aquam in glaciem converti et mixturam frigorificam deliquescere, spiritum tamen in thermometro deprimi, manifesto indicio, eo ipso tempore, quo aqua congelatur, mixturam frigorificam frigidiorum reddi, adeoque nullum ignem elementarem in eam ex aqua propumpere; sed potius nivem tepidioris aquae contactu prius resolutam salem aggredi, solvere, refrigerari, minoremque <sup>a</sup> gradum caloris, quam aqua in glaciem abiens habere solet, acquirere, inde aquam puram in vase congelascere, ipsam vero nivem ob salem absorbtum liquidam perseverare. Quis enim ignorat in aqua, sale impregnata, aliam puram, vitro inclusam, ad gradum thermometer Fahrenheitiani 26 in glaciem converti, salsa liquida manente.

### § 34

His omnibus nil aliud contendimus, quam calorem corporum condensationi subtilis alicujus et ad illum dumtaxat destinatae materiae vindicandum non esse, sed eum consistere in motu intestino gyatorio materiae cohaerentis corporis calidi; eoque ipso non solum asserimus etiam subtilissimam illam materiam aetheris, qua omnia spatia a sensibilibus corporibus vacua replentur, ejusdem motus et caloris esse capacem; verum etiam affirmamus, illam impressum sibi a sole motum caloricum etiam

---

<sup>a</sup> В оригинале ошибочно majoremque.

в нее в каком-либо сосуде, превращается в лед. Пока это происходит, самый снег с солью ожижается. Отсюда обычно также заключают, что огненная материя из воды переселяется в окружающий снег и от присоединения ее последний плавится, а вода от ухода ее превращается в лед. Прекрасно! Но можно кое-что предпринять, прежде чем позволить вырвать у нас трофеи победы. Вставь, пожалуйста, в снег термометр и склянку с водою; примешай к снегу соль, и ты увидишь, что в то время как вода превращается в лед и холодильная смесь ожижается, спирт в термометре все-таки опускается; ясный признак того, что одновременно с замерзанием воды холодильная смесь делается холоднее. Таким образом, никакой элементарный огонь не врывается в нее из воды; но скорее снег, растаявший от соприкосновения с более теплой водой, действует на соль, растворяет ее, охлаждается и приобретает меньшую<sup>a</sup> степень теплоты, чем имеет вода, переходящая в лед; от этого чистая вода в сосуде замерзает, а самый снег, вследствие поглощенной соли, остается жидким. Кто, в самом деле, не знает, что чистая вода, помещенная в стеклянно м сосуде в воду, насыщенную солью, превращается в лед при 26° термометра Фаренгейта, тогда как рассол остается жидким?

### § 34

На основании всего изложенного выше мы утверждаем, что нельзя приписывать теплоту тел сгущению какой-то тонкой, специально для того предназначенной материи, но что теплота состоит во внутреннем вращательном движении связанной материи нагретого тела. Тем самым мы не только говорим, что такое движение и теплота свойственны и той тончайшей материи эфира, которой заполнены все пространства, не содержащие чувствительных тел, но и утверждаем,

---

<sup>a</sup> В оригинале ошибочно бóльшую.

telluri nostrae et reliquis corporibus mundi communicare, eaque calida reddere, atque adeo eam esse medium, quo corpora a se invicem remota, nullo sensibili intercedente, calorem communicent.

### § 35

Remota materia calori alias unice consecrata finis verbis imponendus esset, si a parte contraria novum nobis negotium non insurgeret. Non enim desunt, qui etiam frigori specialem substantiam dicaverint, nimirum causam ejus positivam in salibus statuerint, producto per solutionem eorum in aqua frigore moti. At quoniam iidem sales etiam calorem non raro gignunt, ut sal communis affuso oleo vitrioli fervet et incalescit; idcirco nos quoque pari jure caloris causam salibus adscribere possemus, si tam incondite disputare non indignum esse putaremus.

что материя эфира может сообщать полученное от солнца теплотворное движение нашей земле и остальным телам мира и их нагревать, являясь той средой, при помощи которой тела, отдаленные друг от друга, сообщают теплоту без посредничества чего-либо осязательного.

### § 35

Отвергнув материю, которую принимают иные авторы исключительно ради объяснения теплоты, можно было бы и окончить речь, если бы с противной стороны для нас не возникала новая задача. Ведь есть и такие, что наделили и холод особой субстанцией, усмотрев положительное основание этого в солях, вследствие производимого при растворении их холода. Но так как те же соли нередко производят и теплоту (так, обыкновенная соль при приливании купоросного масла вскипает и нагревается), то мы с таким же правом могли бы приписать солям и причину теплоты, если бы не считали такой неразумный спор ниже нашего достоинства.





2

MEDITATIONES  
DE CALORIS ET FRIGORIS CAUSA  
AUCTORE MICHAELE LOMONOSOW

---

О ПРИЧИНЕ ТЕПЛОТЫ И СТУЖИ.  
РАССУЖДЕНИЕ МИХАЙЛА ЛОМОНОСОВА



Calorem in motu materiae constare ostenditur, § 1. Motum illum calidis corporibus inesse, quamvis non semper percipiatur sensu, § 2. Calorem constare in motu materiae intestino probatur, § 3. Motum intestinum materiae coherentis caloris causam esse asseritur § 4, quod § 5 confirmatur. Motus intestinus triplex indicatur, progressivus, tremulus, gyratorius, § 6. Calorem consistere in motu materiae coherentis intestino gyratorio docetur, § 7—11. Ad objectionem respondetur, § 12. Consecutaria nonnulla eliciuntur, § 13. Theoria ad phaenomena provocatur, § 14. Quattuordecim phaenomenis confirmatur, § 15—25. Quid de intumescencia calentium corporum judicandum sit innuitur, § 26. Summum frigoris gradum in orbe nostro terraquo non dari ex proposita theoria infertur, § 27. Hypothesis de propria caloris materia per corporum poros vagabunda ad examen vocatur, § 28. Corporibus aucto calore intumescensibus accessum calorigificae alicujus materiae non argui § 29 et 30; nec incremento ponderis calcinatorum, nec condensatione radiorum solis per instrumenta caustica, nec denique experimentis



*Перевод Ломоносова*

В параграфе первом показано, что теплота состоит в движении материи, которое движение хотя и не всегда чувствительно, однако подлинно в теплых телах есть, о чем смотри в § 2. Сие движение есть внутреннее, то есть в теплых и горячих телах движутся нечувствительные частицы, из которых состоят самые тела; сие явствует в § 3 и 4 и подтверждается в § 5. Внутреннее движение нечувствительных частиц есть тройко: проходное, зыблющееся и коловратное, что изъяснено в § 6. Теплота тел не что иное есть, как коловратное движение собственной материи, то есть тело бывает тепло или горячо тогда, когда нечувствительные частицы, оные составляющие, около своей оси вертятся; сие доказано в § 7—11. В § 12 опровергается некоторое возражение. В § 13 выведены из вышеписанного рассуждения некоторые следствия, из которых главное есть то, что чем нечувствительные частицы скорее вертятся, тем и теплота или жар больше бывает. В § 14—25 для вящего доказательства авторовой теории предложены и истолкованы 14 свойств и перемен, которые теплота показывает. В § 26 показано, что должно рассуждать о прибыли величины, которую<sup>a</sup> нагретые тела получают. Что на земном шару, на котором мы обитаем, нет нигде самой совершенной стужи,

---

<sup>a</sup> В подлиннике ошибочно которя.

circa materiam frigorificam institutis idem evinci ostenditur, § 31—33. Quod aetheris officium sit circa producendum calorem indicatur, § 34. Frigoris propria materia breviter refutatur 35.

то яествует из сей теории в § 27. Рассуждение о материи, которую большая часть философов за собственную материю теплоты почитает и называет теплотворною или огненною стихиею, и есть ли такая материя, о том следствовать начинает автор в § 28. Но хотя то самая правда, что тела от огня расширяются, что пережженные в порошок металлы тяжелее становятся, что сгущенные солнечные лучи зажигательным стеклом великий жар производят и что снег, с солью смешанный, тает, когда положенная в него вода в стакане мерзнет, однако из всего того не следует, чтобы была материя теплотворная, которая бы из одного тела в другое переходила и множеством своим теплоту и огонь умножала; сие ясно доказано в § 29—34. В § 35 кратко объявлено, что и такой особенной материи нет, которая бы своим присутствием стужу производила.



3

DE CAUSIS CALORIS ET FRIGORIS  
MEDITATIONES PHYSICAE



[ФИЗИЧЕСКИЕ РАЗМЫШЛЕНИЯ  
О ПРИЧИНАХ ТЕПЛОТЫ И ХОЛОДА]





## § 1

Calorem et ignem\* per motum excitari notissimum est. Manus per mutuam frictionem calescunt, ligna flammam concipiunt, silice ad chalybem alliso scintillae prosiliunt, ferrum crebris et validis ictibus malleatum excandescit. Motu cessante etiam calor minuitur et corpora calefacta tandem refrigerantur. Porro igne concepto, corpora in partes insensibiles resoluta per aërem dissipantur, vel in calces seu cineres fatiscunt, vel debilitata partium cohaesione liquescunt; denique corporum generatio, vita, vegetatio, fermentatio, putrefactio calore promoventur, frigore retardantur, imo prorsus cohibentur. Ex quibus omnibus evidentissime patet rationem sufficientem caloris in motu esse positam. Quoniam autem nullus motus naturalis sine materia fieri potest, necessum igitur est, ut ratio sufficiens caloris consistat in motu alicujus materiae.

## § 2

Quamvis autem in corporibus calidis plerumque nullus motus visu percipitur, tamen per effectus affatim sese manifestat, ita ferrum ad ignitionem fere ustum licet ad sensum quiescere

\* Per ignem intelligitur caloris gradus major, quam qui ab animalibus ferri possit.



*Перевод Я. М. Боровского*

## § 1

Очень хорошо известно, что теплота и огонь\* возбуждаются посредством движения. От взаимного трения руки согреваются, дерево загорается пламенем, при ударе кремня об огниво выскакивают искры, железо накаляется от проковывания частыми и сильными ударами. При прекращении движения уменьшается и теплота, и нагретые тела в конце концов охлаждаются. Далее, восприняв огонь, тела, распавшись на нечувствительные частицы, рассеиваются в воздухе, или рассыпаются в известь или пепел, или в них настолько уменьшается сила сцепления, что они плавятся. Наконец, образование тел, жизненные процессы, произрастание, брожение, гниение теплотою ускоряются, а холодом замедляются или вовсе прекращаются. Из всего этого совершенно очевидно, что достаточное основание теплоты заключается в движении. А так как никакое движение в природе не может произойти без материи, то необходимо, чтобы достаточное основание теплоты заключалось в движении какой-то материи.

## § 2

И хотя в горячих телах на вид обычно не заметно никакого движения, оно вполне обнаруживается по производимым действиям. Так, железо, нагретое почти до накаливания,

\* Под огнем понимается степень теплоты, превышающая ту, которую могли бы вынести живые существа.

videatur, corpora tamen sibi admota alia fundit, alia in vapores resolvit; et sic insensibilibus eorum particulis in motum excitatis, sibi quoque motum alicujus materiae inesse ostendit. Equidem non ibi motus adeo negandus est, ubi nullus in oculos incurrit. Quis enim negaret, vento impetuoso sylvam perflante, folia et ramos arborum agitari, licet e longinquo spectans nullum motum visu assequeretur. Quemadmodum vero hic ob distantiam, sic in corporibus calidis ob tenuitatem particularum motus visum effugit: in utroque enim casu angulus visionis tam acutus redditur, ut neque ipsa objecta sub eo constituta, neque motus eorum videri possit. Sed quoniam neminem, nisi qualitatum occultarum patronum aliquem fore arbitramur, qui calorem tot mutationum instrumentum otiosae cuidam et omni motu destitutae materiae tribuat, ideo superfluum esse censemus diutius hisce inhaerere.

### § 3

Cum autem agitatis tenuissimis materiae particulis, nullus motus sensu visus percipitur (§ 2); ratio igitur sufficiens caloris continetur in motu materiae intestino.\*

### § 4

Materia in corporibus duplex est, propria scilicet et peregrina: prior corpora ipsa constituit, posterior spatiola a propria materia vacua replet. Quaeritur itaque, utra earum in motu constituta calorem gignat. Huic quaestioni ut satisfiat, excutienda sunt praecipua phaenomena, quae circa corpora calida observantur. Haec consideranti occurrit, corpora specificè graviora

\* Per motum intestinum eum intelligimus, ubi integro corpore sensibili eodem in loco haerente particulae ejus insensibiles agitantur.

по внешности кажется находящимся в покое, однако одни тела, придвинутые к нему, оно плавит, другие превращает в пар и таким образом, приводя их нечувствительные частицы в движение, показывает, что и в нем имеется движение какой-то материи. Ведь нельзя отрицать существование движения там, где оно не воспринимается зрением: кто, в самом деле, будет отрицать, что когда через лес пронесется сильный ветер, то листья и ветки деревьев колышатся, хотя при рассмотрении издали и не видно движения. И точно так же, как здесь вследствие расстояния, так и в теплых телах вследствие малости частиц движение ускользает от взора: в обоих случаях угол зрения становится столь острым, что ни самих предметов, расположенных под этим углом, ни их движения нельзя увидеть. Но так как мы считаем, что никто — разве что он приверженец скрытых качеств — не будет приписывать теплоту, источник стольких изменений, какой-то бездеятельной и лишенной всякого движения материи, то мы находим излишним долее задерживаться на этом.

### § 3

А так как при движении тончайших частиц материи нельзя воспринять никакого доступного чувствам движения (§ 2), то следовательно достаточное основание для теплоты заключается во внутреннем движении материи.\*

### § 4

Материя в телах бывает двоякого рода, а именно собственная и посторонняя: первая образует самые тела, а вторая заполняет мельчайшие промежутки, свободные от собственной материи. Спрашивается, какая из них, будучи приведена в движение, порождает теплоту. Чтобы ответить на этот

\* Под внутренним движением мы понимаем такое, при котором осязаемое тело в целом остается на месте, а его нечувствительные частицы находятся в движении.

majorem caloris gradum recipere eumque diutius conservare, quam quae specificè leviora sunt. Ita Mercurius eodem igne magis incalescit, diutiusque calidus persistit, quam aqua. Carbo-nes fossiles validiorem dant focum, quam carbones lignorum, praecipue leviorum. Idem quoque in unico eodemque corpore, nempe aëre, observatur, qui cum in superiore regione athmosphaerae levior sit, iisdem radiis solis minus incalescit (teste nive perpetua, montium altiorum juga occupante), quam qui in locis humilioribus reliqua athmosphaerae massa condensatus est. Porro corpora specificè graviora sunt etiam densiora specificè levioribus, consequenter sub eodem volumine majorem quantitatem materiae propriae, minorem vero peregrinae continent, quam corpora specificè leviora. Et quoniam ex legibus mechanicis constat quantitatem motus eo majorem esse, quo copiosior est materia mota, et contra; itaque si caloris ratio sufficiens consisteret in motu intestino materiae peregrinae, corpora specificè leviora majorem caloris gradum reciperent, eumque diutius retinerent, quam specificè graviora: major enim copia peregrinae materiae in illis quam in hisce contineri debet. Verum quoniam e contrario quantitas caloris respondet materiae corporum propriae; patet igitur caloris rationem sufficientem contineri in motu intestino materiae propriae.

## § 5

Non tamen hic negatur materiam peregrinam cum propria simul moveri; verum § 34 patebit, motu materiae peregrinae aliquando praeverti motum materiae propriae.

вопрос, надо обратиться к главнейшим явлениям, наблюдаемым в горячих телах. Рассматривающему их уясняется, что тела, удельно более тяжелые, воспринимают больше теплоты и долее ее удерживают, чем удельно более легкие. Так, ртуть нагревается больше и остается горячей долее, чем вода от того же самого огня. Каменный уголь дает более сильное горение, чем древесный уголь, особенно из более легкой древесины. То же наблюдается в одном и том же теле, а именно в воздухе, который, будучи более легким в верхних слоях атмосферы, меньше нагревается теми же самыми лучами солнца, чем тот, который, находясь в более низких местах, сдавлен остальной массой атмосферы: об этом свидетельствует вечный снег, покрывающий хребты более высоких гор. Далее, тела, удельно более тяжелые, в то же время и более плотны, чем удельно более легкие, следовательно при одном и том же объеме содержат большее количество собственной материи и меньшее количество посторонней. И так как из законов механики известно, что количество движения тем больше, чем больше масса движущейся материи, и обратно, то в том случае, если бы достаточное основание теплоты состояло во внутреннем движении посторонней материи, тела, удельно более легкие, воспринимали бы бóльшую степень теплоты и долее удерживали ее, чем удельно более тяжелые: ведь в первых должно содержаться большее количество посторонней материи, чем в последних. Но так как, наоборот, количество теплоты соответствует собственной материи тел, то отсюда очевидно, что достаточное основание теплоты заключается во внутреннем движении собственной материи.

## § 5

Мы здесь, однако, не говорим, что посторонняя материя не движется вместе с собственной; как будет видно из § 34, движение посторонней материи иногда предупреждает движение материи собственной.

## § 6

Motum intestinum triplici ratione fieri posse concipimus, nimirum: 1) si particulae corporis ex uno loco in alium demigrant, vel 2) in eodem loco persistendo gyrantur, vel denique 3) per exiguum spatiolum, insensibili tempusculo ultro citroque continuo agitantur. Prior intestini motus species Progressivi, altera vera Gyrationis, tertia Tremuli motus nomine non incongrue salutari potest. Quoniam autem calor est unicus idemque effectus naturae, quatenus calor est, unicam igitur eandemque causam proximam habere debet,\* adeoque a motibus prorsus diversis proficisci nequit. Rursum itaque ratio reddenda est, cuinam motui corporum intestino calor sit adscribendus.

## § 7

Quod ut appareat, pro principio ponendum est 1) eum motum intestinum caloris causam esse non posse, si quem in quibusdam corporibus calidis nullum fieri posse demonstrabitur; 2) nec eum motum causam caloris existere, quo praeditum est corpus minus calidum, quam aliud, quod eodem motu caret. Cum vero triplex motus corporum intestinus concipitur, quorum alicui calorem acceptum ferendum esse oportet (§ 6, 7); exclu-

\* Causas rerum naturalium non plures admitti debere, quam quae et verae sint et earum phaenomenis explicandis sufficient, ideoque effectuum naturalium ejusdem generis eadem sunt causae, uti respirationis in homine et bestia, descensus lapidum in Europa et in America, lucis in igne culinari et sole, reflexionis lucis in terra et in planetis, inquit illustris Newtonus Phil. nat. princ. math. lib. 3, p. 357.

## § 6

Внутреннее движение мы представляем себе происходящим в трех формах: 1) если частицы тела переходят из одного места в другое; или, 2) оставаясь в одном месте, вращаются; или, наконец, 3) непрерывно колеблются взад и вперед на ничтожном пространстве, в нечувствительные промежутки времени. Первому виду внутреннего движения уместно дать название поступательного, второму вращательного, третьему колебательного движения. А так как теплота, поскольку она является теплотой, есть единое и всегда одинаковое явление природы, она должна иметь единую и всегда одинаковую ближайшую причину\* и следовательно не может происходить от совершенно различных движений. Теперь, следовательно, надо рассмотреть, какому же именно внутреннему движению должно быть приписано [явление] теплоты.

## § 7

Чтобы это выяснить, надо принять за основу: 1) что не может быть причиной теплоты то внутреннее движение, относительно которого будет показано, что оно может вовсе отсутствовать в некоторых горячих телах; 2) что не является причиной теплоты и то внутреннее движение, которое имеется у тела менее горячего, чем другое тело, лишенное этого движения. А так как существует три вида внутреннего движения тел и надо приписать появление теплоты одному из них (§ 6, 7), то, если мы исключим два вида, необходимо

\* Не должно допускать излишних причин явлений природы помимо тех, которые и соответствуют действительности и достаточны для объяснения этих явлений. Поэтому однородные явления происходят от одних и тех же причин, как, например, дыхание человека и животного, падение камней в Европе и в Америке, свет от кухонного огня и от солнца, отражение света на земле и на планетах, как говорит знаменитый Ньютон, Математические начала натуральной философии, кн. 3, стр. 357.



sis igitur duobus necessario sequetur causam caloris in tertio esse positam (§ 4).

### § 8

Corporum liquidorum particulae tam levi nexu inter se cohaerent, ut diffluant, nisi duro aliquo corpore cohibeantur. Unde patet ad tollendam mutuam earum cohaesionem nulla fere vi externa opus esse, sed eas sponte sua divelli et a se invicem recedere atque motu progressivo moveri posse. Unde fit, quod liquoribus nulla signa durabilia imprimi possunt, sed momento oblierentur. Caeterum stagnantium etiam liquorum insensibiles particulas motu progressivo gaudere ex sequentibus constat. 1) Aqua particulas salis sibi immersi solutique per totam suam massam distrahit; unde vi principii rationis sufficientis sequitur, etiam particulas aquae quaquā versus ferri et motu progressivo incedere. Et quoniam hoc tempore solutionis fieri solet, dubitari sane non potest, particulas aquae etiam ante et post solutionem eodem motu gaudere, siquidem a sale solvendo motus iste produci nequit, cum ipsius particulae vi externa indigeant, qua divulsae a se invicem recedant. Porro quoniam omnia corpora liquida non secus atque aqua certa quaedam corpora solida dissolvunt, eorumque particulas distrahunt; gaudent itaque motu intestino progressivo. 2) Aqua stagnans putrescit; cum vero putrefactio nil aliud sit, quam mixtionis destructio, ubi partes homogeneae a heterogeneis separantur, quamobrem dum aqua putrescit, tum particulae ejus a particulis heterogeneis, vel ex aëre contractis vel ex terra elutis secernuntur, ab iis recedunt, atque adeo moventur motu progressivo. 3) Gutta solutionis stanni solutioni auri aqua dilutae et in loco quieto repositae

будет сделать вывод, что причина теплоты заключена в третьем виде (§ 4).

## § 8

Частицы жидких тел связаны друг с другом так слабо, что растекаются, если не сдерживаются каким-либо твердым телом. Отсюда явствует, что для устранения их взаимного сцепления не требуется почти никакой внешней силы, и они могут самопроизвольно отрываться и удаляться одна от другой и двигаться поступательным движением. Вследствие этого на жидкостях нельзя запечатлеть никаких устойчивых знаков, но они мгновенно сглаживаются. Кроме того, из нижеследующего видно, что и у находящихся в покое жидкостей нечувствительные частицы обладают поступательным движением. 1) Вода разносит по своей массе частицы погруженной в нее и растворившейся соли; откуда, в силу принципа достаточного основания, следует, что и частицы воды носятся по всем направлениям и перемещаются поступательным движением. И так как это происходит во время растворения, то конечно нельзя сомневаться, что частицы воды обладают тем же движением также до и после растворения, поскольку это движение не может происходить от растворимой соли, частицы которой нуждаются во внешней силе, чтобы оторваться и удалиться друг от друга. Далее, так как все жидкости, не иначе чем вода, растворяют те или иные твердые тела и разносят их частицы, то следовательно они обладают поступательным движением. 2) Стоячая вода загнивает; а так как гниение есть не что иное, как распадение смешанного тела, состоящее в том, что однородные части отделяются от инородных, то следовательно при загнивании воды ее частицы отделяются от инородных частиц, извлеченных из воздуха или вымытых из земли, и удаляются от них, а следовательно движутся поступательным движением. 3) Капля раствора олова, приведенная в самое легкое

lenissime admota per ipsam distrahitur, eamque purpureo colore tingit. Quod eodem modo succedit, si infusioni gallarum solutio vitrioli Martis vel vino albo vinum aliquod rubrum instillatur. Haec omnia manifestant, particulas insensibiles liquidorum etiam stagnantium juxta se invicem serpere et motu intestino moveri.

### § 9

Contra vero particulae corporum solidorum tam arcto nexu vinciuntur, ut vi externae eas dividendi admodum resistant nec cuilibet facile cedant, quamobrem fieri nequit, ut sponte sua rupto cohaesionis vinculo a se invicem recedant, et motu progressivo moveantur, quamdiu corpora ipsa solida persistunt. Unde fit, quod etiam subtilissima signa illis incisa per longum tempus durant, nec nisi continuo usu aut aëris injuria vel denique corpore ipso liquefacto delentur; cui prorsus contrarium in fluidis quotidie experimur (§ 8). Haec dicta sunt de corporibus duris, mixtis, inorganicis; organica enim, e.g. vegetabilia tenuissimis vasculis succos liquidos ducunt, quorum existentiam olea expressa et liquores destillati, motum vero intestinum progressivum vegetatio ipsa prodit.

### § 10

А именно Бернулли,\* изучая выбрасывание ядер из орудий, показал, что *или то упругое дуновение, которое выделяется зажженным порохом, не есть обыкновенный воздух, или что упругости возрастают в большем отношении, чем плотности: ибо плотность воздуха, рождающегося при горении пороха, не может превосходить больше чем в тысячу раз плотность обыкновенного воздуха, хотя бы весь порох состоял только из сжатого воздуха.*

\* Гидродинамика, стр. 243.<sup>1</sup>


illius longe majorem fieri oportere affirmat, si omnis pulvis, ad explodenda tormenta adhibitus, et quidem in instanti flamma consumeretur.

### § 3

Quod aura illa sit verus aër atmosphaericus, demonstramus alias.\* An vero affirmandum sit, elasticitates aëris densitatibus ejus proportionales esse, id non obscure patebit, si ex aliis experimentis, ob id institutis, deductiones Bernoullianis similes ipsasque corroborantes elici potuerint. Hunc in finem nulla alia experimenta aptius adhiberi posse censemus, quam ubi compressus admodum aër in cohibentia vasa agit ipsaque disrumpit, ex quorum resistentia vis ejus elastica determinari et cum volumine comparari potest.

### § 4

Cum vero notissimum sit, aqua in glaciem abeunte, volumen ejus crescere et stupenda vi cohibentia vasa rumpere; id autem



ab aëre, ex poris aquae, jam jam congelascentis, liberato et in bullas collecto, proficisci, extra omne dubium est; hunc in finem confici curavimus aliquot globos diversae magnitudinis,

\* Meditationibus ipsis (§ 27) et singulari dissertatione, quam paramus.


каковое заключение он вывел из удельного веса пороха. Он утверждает даже, что упругость этого дуновения должна была бы быть еще гораздо большей, если бы весь порох, взятый для взрыва в орудии, сгорал в одно мгновение.

§ 3

Что это дуновение есть истинный атмосферный воздух, мы показываем в другом месте.\* А можно ли утверждать, что упругости воздуха пропорциональны его плотностям, уяснится, если возможно будет из других специально поставленных опытов сделать выводы, сходные с выводами самого Бернулли и подтверждающие их. Для этой цели мы считаем наиболее подходящими опыты, где сильно сжатый воздух, действуя на содержащие его сосуды, разрывает их: из их сопротивления можно определить его упругость и сравнить с его объемом.

§ 4

Как хорошо известно, вода, переходя в лед, увеличивается в объеме и с громадной силой разрывает содержащие



ее сосуды. Нет никакого сомнения, что это производится воздухом, освобождающимся из пор воды в момент замерзания и собирающимся в пузырьки. Для изучения этого мы

\* В самих размышлениях (§ 27) и в отдельной диссертации, которую мы подготовляем.<sup>2</sup>

cavos, cum tubulis crassis angusti luminis [fig. 1, 2, 3, 4], quos aqua repletos exponebamus magno, qui hac\* hyeme saeviebat, frigori. Conglaciata aquae portio, quae quasi crusta quaedam latera cavitatis occupabat, singulos globos dirupit, praeter eos, quorum foramen conglaciata prius aqua non satis obturatum fuit, ideoque vi glaciei internae cylindrus glacialis *d* ex lumine extrudebatur. Disruptio facta est secundum varias directiones, plerumque tamen secundum longitudinem tubuli, ut in figuris 2, 3, 4 ostenditur lineis *mm*. Post ruptionem reliquum aquae effluebat et cavitatem *c* relinquebat.

### § 5

Hujusmodi globorum vitreorum maximus, quem adhibuimus, habebat diametrum 26 linearum Parisini Regii pedis, diameter cavitatis erat 8 linearum, crusta glacialis  $1\frac{1}{2}$  lineas circiter crassa (hanc mensurare cum debita accuracione non potuimus ob inaequalitates, quas effluentis ex medio *c* residuae aquae repentina ad ipsam crustam congelatio, praesertim in parte interiore crustae, produxerat, et crassitiem illius augebat; maximam tamen, quam fieri potuit, hic assumimus), adeoque diameter cavitatis in crusta erat 5 linearum. Hinc per calculum deducitur planum ruptionis, excepto tubulo, fuisse 480 lineas quadratas, planum circuli maximi, quem habere debet globus ex crusta glaciali formatus, 41 lin. quadratas. Cylindrus vitreus,  $\frac{25}{100}$  pollicis Rhenani ruptus est 150 libris,\*\* unde per calculum deducitur cylindrum vitreum, 1 pollicem Regium Parisinum in diametro habentem, rumpi debere 2572 libris; adeoque cylindrum, cujus planum ruptionis est 480 lin. qu., ad ruptionem requirere libras 10925 circiter.

\* Anno 1749.

\*\* Muschenbroeck in notis ad experimenta Academiae del Cimento p. P.

озаботились изготовлением нескольких стеклянных полых шаров разной величины,<sup>3</sup> снабженных толстостенными трубками с узким просветом [фиг. 1, 2, 3, 4]; их мы выставляли наполненными водою на сильный холод, свирепствовавший этой зимою.\* Замерзшая часть воды, покрывшая коркой льда стенки полости, разорвала несколько шаров — кроме тех, которых просвет не был вполне закупорен водою, замерзшей раньше, и в которых от давления внутреннего льда из просвета выталкивался ледяной цилиндр  $d$ . Разрыв совершался по разным направлениям, чаще однако по длине трубки, как показано на фиг. 2, 3, 4, линиями  $mt$ . После разрыва остаток воды вытекал и оставлял полость  $c$ .

## § 5

Самый большой из таких использованных нами стеклянных шаров имел диаметр в 26 линий парижского королевского фута,<sup>4</sup> диаметр полости был 8 линий, ледяная корка — толщиной около  $1\frac{1}{2}$  линий (измерить ее с необходимой точностью мы не могли вследствие неровностей, которые производило быстрое примерзание к самой корке, вытекающей из полости с остаточной воды, главным образом во внутренней части корки: от этого толщина корки увеличивалась; мы здесь взяли наибольшую измеренную толщину), так что диаметр полости внутри корки был 5 линий. Отсюда вычисление дает, что площадь разрыва, не считая трубки, была 480 квадратных линий; площадь большого круга, которую должен был бы иметь большой шар, образованный ледяной коркою, — 41 кв. линия. Стеклянный цилиндр  $\frac{25}{100}$  рейнского дюйма<sup>5</sup> в поперечнике разорвался при грузе в 150 фунтов,\*\* откуда можно вычислить, что стеклянный цилиндр, имеющий поперечник

\* 1749 года.

\*\* Мушенбрек, примечания к опытам в Академии естествоиспытателей.<sup>6</sup>



## § 6

Si aqua integra in cavitate globi vitrei congelata fuisset, vis glaciei disruptens aestimanda foret ex plano circuli, cavitatem integram bifariam dividens; sed quoniam in medio remansit aqua a congelatione libera, quae idcirco non producebat aërem, nec agebat in vitrum; aestimari ergo vis agens debet ex plano circuli maximi, quem habere debet globus ex crusta glaciali formatus, quod est aequale 41 lineis quadratis. Columna mercurii aëreae aequipollens 41 linearum quadratarum basi incumbens, 28 pollices alta, ponderat grana 40242, seu libras 4 et grana 3378. Hinc si aqua in crustam congelata vel integra, esset aër, condensatum fuisse oporteret in  $\frac{1}{2521}$  circiter spatii, quod in atmosphaera occupat, ut globum hunc disruptere potuisset. Unde si densitates aëris elateri proportionales essent, aquam se ipsam  $2\frac{1}{2}$  plo specificè reddi graviorem necesse foret, cum in glaciem converteretur; quod cum absonum sit, non obscure igitur apparet cum Bernoulliana deductione nostram magnopere consentire.

## § 7

Suspectam esse materiam vitri ingenue fatemur, nempe eam rumpi posse etiam ob repentinam refrigerationem sine congelatione aquae in cavitate globi. Verum tamen hoc experimentum, duobus aliis globis vitreis aqua repletis et frigori expositis, repetitum fuit, eodem semper successu, cum plerique ejusmodi vitrei globi alii, cavi et ab aqua vacui, cum illis simul frigori expositi, sine ruptionis damno perstiterint. Unius diameter erat

в 1 парижский королевский дюйм, должен разорваться от 2572 фунтов; а отсюда, цилиндр, площадь разрыва которого 480 квадратных линий, требует для разрыва приблизительно 10925 фунтов.

### § 6

Если бы вода внутри стеклянного шара замерзла вся полностью, то разрушающую силу льда надо было бы исчислять из площади круга, делящего пополам всю полость; но так как посредине осталась незамерзшая вода, которая поэтому не отдавала воздуха и не действовала на стекло, то действующая сила должна быть вычислена из площади наибольшего круга, который должен иметь шар, образуемый ледяною коркою; а эта площадь равна 41 квадратной линии. Столб ртути, равный по весу воздушному, а основанием в 41 квадратную линию, высотой 28 дюймов, весит 40242 грана, т. е. 4 фунта и 3378 гранов. Отсюда, если бы вода, замерзшая в корку, нацело состояла из воздуха, то этот последний должен был бы быть сжат примерно в  $\frac{1}{2521}$  часть пространства, занимаемого им в атмосфере, чтобы быть в состоянии разрушить этот шар. Откуда, если бы плотности воздуха были пропорциональны упругости, то сама вода должна была бы сделаться в  $2\frac{1}{2}$  раза удельно более тяжелой, когда превратилась в лед; а так как это не имеет места, то ясно, что наш вывод вполне согласен с Бернуллиевым.

### § 7

Откровенно скажем, что возбуждает подозрение материя стекла, — оно ведь могло лопнуть от внезапного охлаждения и без замерзания воды в пустоте шара. Но опыт был повторен с двумя другими стеклянными шарами, наполненными водою и выставленными на мороз, неизменно с тем же успехом, тогда как многие другие подобные стеклянные шары, полые

18 linearum, cavitatis  $5\frac{2}{3}$ , crustae glacialis crassities lineae 1, alterius diameter 17 lineas, cavitatis  $5\frac{1}{2}$  lineae, crusta glacialis  $\frac{3}{4}$  lineae crassa.

## § 8

Commodum clarissimus collega noster Richmannus instituit, eodem gelu durante, ad aërem vi frigoris in bombis comprimendum experimenta, quae vi congelascentis aquae ruptae erant. Una earum a nobis mensurata fuit, quae habuit in diametro 94 lineas Parisinas, cavitatis diameter media erat 60 linearum, crusta vero glacialis 4 linearum, adeoque diameter aquae, quae ad momentum ruptionis nondum conglaciata fuit, 52 lin. Quod phaenomenon quoniam cum eis, quae ipsi experti sumus, omni ratione convenit, optime ad propositum nostrum adhiberi potest.

## § 9

Ponamus firmitatem ferri fusi, ex quo bombae parari solent, inter ferri et vitri firmitatem esse mediam, ob mixtas in illo vitrescentes particulas cum ferreis. Quoniam ex Muschenbroeckianis experimentis colligitur, firmitatem vitri ad firmitatem ferri esse ut 24 ad 450, erit media 237, adeoque vires ad bombam rumpendam requiri aequales  $904105\frac{3}{4}$  librae. Pollex cubicus mercurii ponderat grana 5048; columna igitur mercurialis, aëreae aequipollens, insistens plano sectionis circuli maximi crustae glacialis, in globum reductae, ponderabit grana 1375159 seu libras prope 150. Hinc ad rumpendam bombam, si vel integra crusta glacialis fuisset nil nisi compressus aër, requireretur 6000 ies densior atmosphaerico, atque adeo crusta glacialis plus quam sexies semet ipsa gravior esse deberet.

и не наполненные водою, выставленные на холод одновременно с первыми, остались неразорванными. Диаметр одного шара был 18 линий, полости —  $5\frac{2}{3}$  линии, толщина ледяной корки — 1 линия; диаметр второго — 17 линий, полости —  $5\frac{1}{2}$  линий, толщина ледяной корки —  $\frac{3}{4}$  линии.

## § 8

Кстати, и знаменитый наш коллега Рихман произвел, при том же морозе, опыты со сжиманием воздуха силою холода в бомбах,<sup>7</sup> которые были разорваны силою замерзающей воды. Одна из бомб была нами измерена: она имела в диаметре 94 парижских линии, средний диаметр полости был 60 линий, толщина ледяной корки 4 линии и, отсюда, диаметр воды, которая еще не застыла в момент разрыва, был 52 линии. Так как этот опыт со всех точек зрения вполне соответствует тому, который мы проделали сами, то он прекрасно может быть привлечен для нашей цели.

## § 9

Примем прочность чугуна, из которого делают бомбы, за среднюю между прочностью железа и стекла, так как в чугуне с железными частицами смешаны и стекловатые. Так как из опытов Мушенбрека вытекает, что прочность стекла относится к прочности железа как 24 к 450, то среднее будет 237, так что силы, потребные для разрыва бомбы, равны  $904\ 105\frac{3}{4}$  фунта. Кубический дюйм ртути весит 5048 гранов; следовательно столб ртути, имеющий вес, равный воздушному столбу, с площадью разреза, равной большому кругу ледяной корки, обращенной в шар, будет составлять 1375 159 гранов или около 150 фунтов. Отсюда, для разрыва бомбы, если бы цельная ледяная корка вся состояла из сжатого воздуха, последний должен был бы быть в 6000 раз

## § 10

Aqua sub campana antliae exteriori aëre decedente multo majorem copiam aëris emittit, quam quae ex congelascente aqua gelu elicitur et in bullas vasa rupturas colligitur. Unde apparet aërem, in aqua contentum, non omnem resumere vim suam elasticam per congelationem, adeoque nec integrum in cohibentia vasa agere. Id autem si obtineret, multo majores effectus ab eadem vel iidem a minori copia glaciei exsererentur. Ex hac itaque circumstantia, illi, quam cel. Bernoullius annotavit,\* gemina, etiam apparet aëris elasticitatibus densitates illius in magnis compressionibus proportionales non esse. Accedit, quod etiam cl. Muschenbroeckius\*\* observavit, cum aërem plus quam in quadruplo minus spatium redigeret, ipsum non amplius auscultare regulae traditae, sed plus resistere viribus comprimentibus. Id autem quomodo ex nostra theoria sequatur, videamus.

## § 11

Sint massae aëris duae pondere aequales  $A$  et  $B$ , spatiola vero vibrationis inter corpuscula massae  $A$  ad spatiola vibrationis inter corpuscula massae  $B$ , ut  $a$  ad  $a - b$ ; erit volumen massae  $B$  ad volumen massae  $A = a^3 : (a - b)^3$ . Quoniam autem globuli aërei eo frequentius reciprocant vibrationes suas, quo minora habent spatiola vibrationis, erit frequentia ictuum inter globulos, ut spatiola, reciproce. Hinc frequentia ictuum inter

\* Hydrot., p. 242.

\*\* Elem. phys., cap. 36, § 794.

плотнее атмосферного воздуха, и ледяная корка — более чем в шесть раз тяжелее самой себя.

### § 10

Вода под колоколом воздушного насоса, при удалении внешнего воздуха, выделяет гораздо большее количество воздуха, чем сколько изгоняется морозом из замерзающей воды и собирается в пузырьки, разрывающие сосуды. Отсюда явствует, что воздух, содержащийся в воде, не весь обратно получает свою упругость при замораживании и таким образом не весь действует на содержащие его сосуды. Если бы весь воздух мог действовать, то обнаружались бы гораздо более значительные действия от того же самого или такие же от меньшего количества льда. Итак, из этого обстоятельства, совершенно аналогичного тому, на которое указал знаменитый Бернулли,\* также вытекает, что плотности воздуха при больших сжатиях не пропорциональны упругостям его. Сюда присоединяется еще и наблюдение Мушенбрека,\*\* что когда воздух доведен до объема, более чем в четыре раза меньшего, то далее он не подчиняется обычному закону, но оказывает большее сопротивление сжимающим его силам. Посмотрим, как это вытекает из нашей теории.

### § 11

Пусть  $A$  и  $B$  — две массы воздуха равного веса, причем промежутки колебания между корпускулами массы  $A$  относятся к промежуткам колебаний между корпускулами массы  $B$ , как  $a$  к  $a - b$ ; тогда объем массы  $B$  будет относиться к объему массы  $A$ , как  $a^3 : (a - b)^3$ . А так как воздушные шарики возобновляют свои колебания тем чаще, чем меньше пределы их колебания, то частота ударов будет обратно пропорцио-


\* Гидродинамика, стр. 242.

\*\* Элементы физики, глава 36, § 794.<sup>10</sup>

omnes globulos massae aëreae  $A$  secundum omnes tres dimensiones ad similem frequentiam ictuum inter omnes globulos aëreos massae  $B$  erit  $= (a - b)^3 : a^3$ . Cum vero ictus reciproci globulorum aëris quo frequentiores sunt, eo fortius a se invicem illos repelli, et vim elasticam aëris eo magis invalescere oportet; erit ergo vis elastica massae aëris  $A$  ad eam massae aëris  $B = (a - b)^3 : a^3$ , adeoque elasticitates aëris erunt ut volumina reciproce, seu, quod idem est, densitatibus proportionales.

## § 12

Verissimum hoc foret, si reciprocantes globuli aërei  $B$  et  $C$  [fig. 5] post quemlibet impactum resiliendo semper in proximum aliquem globulum  $A$  directe incurrerent, nec per interstitia




transilientes illos saepius praetergrederentur ad alios globulos remotiores, sibi obvios, tardius impetum facturi et supradictae rationi derogaturi. Sed, quoniam hoc supponi non posse satis apparet, alia igitur ratio intercedat, necesse est. In quo autem ea consistat et unde proveniat, id, vibrationum

нальна этим пределам. Отсюда, частота ударов между всеми шариками воздушной массы  $A$  по всем трем измерениям будет относиться к подобной же частоте ударов между всеми шариками воздушной массы  $B$ , как  $(a-b)^3 : a^3$ . Но так как чем чаще происходят взаимные удары шариков воздуха, тем сильнее должны они отталкиваться друг от друга и тем больше должна делаться упругость воздуха, то поэтому упругость массы воздуха  $A$  будет относиться к упругости массы воздуха  $B$ , как  $(a-b)^3 : a^3$ , так что упругости воздуха будут обратно пропорциональны объемам, или, что то же, пропорциональны плотностям.

§ 12

Это было бы совершенно верно, если бы двигающиеся туда и сюда воздушные шарики  $B$  и  $C$  [фиг. 5] после каждого удара, отскакивая, всегда прямо сталкивались с каким-



нибудь из ближайших шариков  $A$ , а не пролетали зачастую через промежутки между ними к другим встречающимся им более отдаленным шарикам, в каковом случае столкновения должны будут происходить реже и указанное выше отношение уменьшится. Но так как очевидно, что сделанное предположение



varietates attentius considerando, inveniri posse certum habemus.

### § 13

Corpuscula aëris *B* et *C* post collisionem saepius etiam per spatiola *AA* transsilire, corpusculis *A* intactis, et corpusculorum aëris diametros eo majorem rationem ad spatiola vibrationis habere, quo magis aër comprimitur, nemo dubitabit. Porro vibrationibus, numero infinitis, simul consideratis, dari oportet rationem aliquam vibrationum, quae in proximos globulos *A* impetum faciunt, ad vibrationes, quibus per interstitia *AA* globuli motu in remotiores *D* incurrunt. Illam autem ad hanc esse, ut numerum globulorum aëreorum, qui in superficie sphaerae, semicirculo *AFAB* descriptae, inter globulos *A* collocari possunt, ad numerum globulorum *A*, qui singuli a se invicem distant tantum, quantum a centro *B*. Crescente densitate aëris, globuli *A* propius ad se invicem accedent, interstitia inter illos decrescent, minor numerus vibrationum globulis *A* intactis fiet, atque adeo ratio vibrationum, quibus per interstitia *AA* globuli transsilientes in remotiores *D* incurrunt, minor erit ad vibrationes, quibus proximi globuli *A* feriuntur. Hinc majori frequentiae ictuum a minori distantia globulorum aëris profecta (§ 11) id quoque accedet, ut propter contracta interstitia *AA* inter proximos aëris globulos frequentiores quoque impactus fiant in ipsos, et hoc ipso resistentia aëris elastici augebitur ultra assignatam rationem (§ 11). In ea compressione aëris, in qua vibrationum spatiola minora sunt diametris globulorum, omnes conflictus globulorum erunt cum proximis *A*, cum per

невозможно, то по необходимости на деле должно быть не то отношение, которое выведено выше. В чем оно состоит и от чего зависит, можно, мы уверены, найти, внимательно изучая изменения колебаний.

### § 13

Никто не усумнится, что воздушные корпускулы  $B$  и  $C$  после столкновения тем реже<sup>a</sup> проскакивают через промежутки  $AA$ , не попадая в корпускулы  $A$ , и диаметры корпускул воздуха имеют тем большее отношение к пространствам колебаний, чем больше воздух сжимается. Далее, рассматривая совокупность колебаний, числом бесконечных, можно вывести отношение числа колебаний, приводящих к удару в ближайшие шарики  $A$ , к числу колебаний, в которых шарики через промежутки  $AA$  столкнутся в своем движении с более отдаленными шариками  $D$ . Это отношение равно отношению между числом воздушных шариков, которые могут поместиться между шариками  $A$  на поверхности шара, описанного полукругом  $AFAB$ , и числом шариков  $A$ , из которых каждый отстоит от другого настолько же, как и от центра  $B$ . При увеличении плотности воздуха шарики  $A$  расположатся ближе друг к другу, уменьшатся промежутки между ними, окажется меньшим число колебаний при незатронутых шариках  $A$ , и поэтому отношение числа колебаний, в которых шарики выскакивают через промежутки  $AA$  и ударяют в более отдаленные шарики  $D$ , к числу колебаний, которыми поражаются ближайшие шарики  $A$ , уменьшится. Отсюда, к большей частоте ударов, происходящей от меньшего взаимного расстояния шариков воздуха (§ 11), присоединится еще и то, что, вследствие уменьшения величины промежутков  $AA$  между ближайшими шариками воздуха, они будут чаще получать удары, и тем самым сопротивление упругого воздуха увеличится сверх даваемого отношением § 11. При

<sup>a</sup> В оригинале по недосмотру чаще.

interstitia *AA* sine impactu penetrare non potuerint. Unde perspicitur, quantum ratio elasticitatum aëris discrepare debeat a ratione densitatum in summa illius compressione.

том сжатии воздуха, когда пространства колебаний сделаются меньше диаметров шариков, все встречи шариков будут только с ближайшими шариками  $A$ , так как они окажутся не в состоянии проникать через промежутки  $AA$ , не ударившись в шарики  $A$ . Отсюда видно, насколько отношение упругостей воздуха должно отличаться от отношений плотностей, при наибольшем его сжатии.



7

SUPPLEMENTUM AD DISS. DE VI AËRIS ELASTICA

---

К РАССУЖДЕНИЮ О УПРУГОСТИ ВОЗДУХА.  
ПРИБАВЛЕНИЕ МИХАЙЛА ЛОМОНОСОВА



Causa hujus supplementi proponitur, § 1. Bernoulliana deductio citatur, elasticitates aëris in magnis compressionibus densitatibus proportionales non esse § 2. Deinde ad § 10 usque ex ruptis vi aquae globis per calculum deducitur consecarium Bernoulliano geminum. § 11—13 quomodo id cum proposita superius theoria consentiat, ostenditur.



Перевод Ломоносова

В § 1 предлагается причина сего прибавления. В § 2 следует Бернулиево мнение, что в сильном стиснении воздуха упругость его не пропорциональна с густостью. В § 3—10 Бернулиево мнение подтверждается выкладками, которые выведены из той силы, которою замерзающая вода стеклянные и чугунные шары разрывает. В § 11—13 показано, как сие свойство сходствует с вышепоказанною авторовою теориею.<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> В рукописи приписка *Корректуру присылать ко мне. Ломоносов.*





8

[ПИСЬМО К ЛЕОНАРДУ ЭЙЛЕРУ  
ОТ 5 ИЮЛЯ 1748 г.]



Viro celeberrimo atque doctissimo Leonhardo Eulero illustris Scientiarum Academiae Berolinensis Membro et Professore Regio meritissimo, nec non Caesareae Academiae Scientiarum Petropolitanae et Regiae Societatis Scientiarum Londinensis Membro honorario

S. P. D.

Michael Lomonosoff.

Quanta laetitia sim affectus, acceptis humanissimis litteris Tuis, facile aestimare potest, quicumque in scientiarum studio versatur, et specimina lucubrationum suarum magnis Viris probari intelligit. Nec minor voluptas hinc quoque mihi accedit, cum sentiam, quanto emolumento meo futura sit Tua, qua per comitatem Tuam frui mihi licet, amicitia. Maximas ago habeoque Tibi gratias, quod non solum consilio Tuo, mihi perquam honorifico, me ad explicandam nitri genesim incitare, verum etiam ansam praebere volueris ad ipsam materiam clarius perspicendam, in quam quidem elaborandam omnem curam atque operam confero. Robinsii Artilleriam praestantissimis commentariis a Te instructam magno cum fructu meo evolvo. Caeterum quoniam cognita genuina elateris aëris causa, vim, qua aër in nitro condensatur, facilius detegi posse existimo; idcirco non abs re fore judicavi, tractationi de nitri genesi praemittere theoriam de vi aëris elastica, quam eo jam temporis condidi, ex quo de mini-



Перевод Я. М. Боровского

Знаменитейшему и учнейшему мужу Леонарду Эйлеру, заслуженнейшему королевскому профессору и члену славной берлинской Академии наук, а также почетному члену императорской Петербургской Академии наук и Лондонского королевского общества,

нижайший привет шлет

Михаил Ломоносов.

Каждый, кто занимается наукой и встречает одобрение трудам своим со стороны великих людей, легко поймет, как я обрадовался, получив Ваше любезное письмо. Не меньше удовольствия доставляет мне и мысль о том, какую поддержку окажет мне в будущем Ваша дружба, которую я обязан Вашей благосклонности. Очень Вам признателен, что Вы не только Вашим советом, для меня особенно почетным, побуждаете меня к объяснению рождения селитры, но и даете мне точку опоры для более ясного познания самого предмета, разработкой которого я занимаюсь со всей заботой и старанием. Я читаю, с большой пользой для себя, „Артиллерию“ Робинса, снабженную Вами превосходнейшими замечаниями.<sup>1</sup> Но так как я полагаю, что, узнав настоящую причину упругости воздуха, легче можно раскрыть силу, которая сгущает воздух в селитре, то поэтому я счел целесообразным предпослать трактату о рождении селитры теорию упругости

mis rerum naturalium serio cogitare incepti, quamque reliquis, quae de qualitatibus corporum particularibus, deque operationibus chymicis concepi, ex asse congruere etiamnum deprehendo. Quamvis autem ea omnia imo integrum corpuscularis Philosophiae Systema publici juris facere possem; vereor tamen, ne immaturum praecocis ingenii fructum erudito orbi obtrudere videar, si multa nova, pleraque etiam a magnorum virorum placitis passim jam receptis diversa, in diem proferam. Quamobrem necessarium esse duco, primo eorum consilio uti, quorum iudicium magnis rebus crebro exercitatum, et auctoritas meritis comparata est. Cum vero in Te, Vir humanissime, super haec omnia etiam propensam in me voluntatem Tuam sciam; nullus itaque dubito, quin ea, quae limatissimo iudicio Tuo examinanda propono, aequo animo accipias, et ubi ea parum valido pedeniti deprehenderis, hallucinationem candide, ut soles, indicare non graveris. Ante omnia vero id in medium producere lubet, quod primo in limine scientiae naturalis sese offert.

Principia Chymica, atque adeo omnia, quae per interioris Physices campum late diffunduntur, ad certitudinem reducere conanti quasi murus quidam viam praeccludit, illud in genere affirmatum, universim receptum et apud plerosque axiomatis nomen sortitum, scilicet, *densitatem materiae corporum cohaerentis proportionalem esse eorundem gravitati*. Quod equidem in corporibus homogeneis obtinere non habeo ambiguum: qui enim dubitare possit uni pedi cubico aquae simplum, duobus duplum et materiae et ponderis inesse, non secus ac duos pedes cubicos aëris communis in spacium unius pedis cubici compressos duplicato pondere et dupla materiae densitate gaudere. Verum id in corporibus heterogeneis locum habere nusquam satis evictum invenio, et, si pro vero assumo, phaenomenis rerum naturalium parum consonum esse deprehendo. Omnem

воздуха,<sup>2</sup> которой начало я положил еще тогда, когда начал серьезно размышлять о мельчайших составных частях вещей; я вижу, что она и теперь совершенно согласуется с остальными моими представлениями, которые я себе составил о частных качествах тел и о химических операциях. Хотя все это, и даже всю систему корпускулярной философии, мог бы я опубликовать,<sup>3</sup> однако боюсь, как бы не показалось, что я даю ученому миру незрелый плод скороспелого ума, если я выскажу много нового, что по большей части противоположно взглядам, принятым великими мужами. Поэтому считаю необходимым последовать совету тех, чье суждение изощрено постоянным занятием важными вопросами, авторитет же приобретен заслугами. Так как, муж снисходительнейший, кроме обоих этих качеств Вы еще, знаю, и благосклонны ко мне, то я не сомневаюсь, что Вы выслушаете благожелательно то, что я предлагаю Вашему просвещеннейшему суду, и, заметив пункты, недостаточно у меня обоснованные, не поставите себе в труд откровенно, как всегда, указать мои ошибки. Прежде всего считаю необходимым изложить то, с чем мы встречаемся в самом начале естественных наук.

При попытках привести к достоверности начала химии и все, что широко распространено в области углубленной физики, мне преграждает путь общепринятое мнение, считающееся у большинства аксиомой, что *плотность связанной материи тел пропорциональна их весу*. Что это справедливо для тел однородных, я признаю без колебания; кто мог бы сомневаться, что в одном кубическом футе воды вмещается одна единица веса и вещества, а в двух — две, и что два кубических фута воздуха, сжатые до объема одного кубического фута, имеют двойной вес и двойную плотность вещества; ниоткуда не вижу, однако, чтобы это было достаточно доказано для тел разнородных, а приняв это на веру, усматриваю здесь несоответствие явлениям природы. Я изъявляю полное согласие, когда читаю у выдающегося мужа Исаака Ньютона: *воздух*

assensum praebeo, cum apud virum summum Isaacum Newtonum lego: *Aër densitate duplicata in spacio etiam duplicato fit quadruplus, in triplicato sextuplus: idem intelligo de nive et pulveribus per compressionem vel liquefactionem condensatis* (Princ. Phil. nat. math. def. 1). At iis, quae ibidem sub finem in sensu generali leguntur: *innotescit massa per corporis cujusque pondus*; subscribere nondum possum. Siquidem cum a particulari ad universale nil inferri possit: idcirco nec id, quod de homogeneis jure praedicatur, etiam heterogeneis convenire necessum est. Quamvis autem (ibid., libr. II, Sect. VI, prop. XXIV) demonstratio theorematis exhibetur, quo quantitates materiae ex pondere aestimari debere affirmat; inde tamen in universum id verum esse non video. Etenim omnis demonstrationis illius vis nititur experimentis circa collisionem corporum funependulorum institutis. Quae equidem omni cum cura ab eo facta esse non dubito; verum in hoc negotio vel corpora homogenea diversae magnitudinis, vel heterogenea adhibuisse eum, certissimum est. Si prius; nil theoremate illo verius et demonstratione evidentius esse faterer, si in illis notio corporis, homogeneitatis notione esset determinata; sin vero posterius, tum equidem quantitatem materiae in corporibus heterogeneis, quae ad ea experimenta adhibuerunt, ex pondere illorum aestimavit, et id, quod demonstrandum erat, jam pro vero assumere sustinuit. Fateor id officere nihil legibus, quibus vires corporum determinantur ex eorum celeritate conspirante cum eorundem resistentia: quocunque enim nomine haec veniat, semper apud mechanicos pondere aestimari solet, qua communi mensura adhibita, nullum errandi periculum circa determinandas magnorum corporum vires timeri potest; verum tamen in explicandis phaenomenis, quae a minimis rerum naturalium dependent, id non temere admittendum esse censeo, si non in errore versari velimus. Adoptata enim in Physicam hac thesi sensu generali

*удвоенной плотности в удвоенном пространстве делается четверным, в утроенном — шестерным; то же самое предполагаю для снега или порошков, уплотненных сжатием или приведением в жидкое состояние* (Математические начала натуральной философии, опред. 1).<sup>4</sup> Но не могу согласиться с высказываемым в конце общим заключением, что *масса познается по весу каждого тела*.

Поскольку нельзя умозаключать от частного к общему, то и нет необходимости, чтобы то, что справедливо утверждается относительно однородных тел, имело силу и для разнородных. Хотя (там же, кн. II, разд. VI, предл. XXIV) дается доказательство теоремы, утверждающей, что количество материи следует определять по весу, я все-таки не вижу, чтобы положение это было верным вообще. Вся сила этого доказательства зиждится на опытах со столкновением тел, образующих маятники. Я не сомневаюсь, что они проделаны им со всею тщательностью; очевидно, однако, что для них брались или однородные тела разной величины, или же тела разнородные. В первом случае я согласился бы с полной истинностью теоремы и с убедительностью доказательства, если бы в них понятие тела определялось через понятие его однородности; во втором же окажется, что он определял количество вещества в разнородных телах, которые брались для опытов, по их весу и принимал за истину то, что следовало доказать. Я согласен, что это не наносит никакого ущерба законам, определяющим силы тела по их скорости совместно с их сопротивлением; под каким бы названием ни рассматривалось последнее, в механике всюду оно оценивается по весу тел, и нечего бояться ошибок в определении сил крупных тел, так как здесь применяется всюду одно и то же измерение; но я считаю невозможным приложить теорему о пропорциональности массы и веса к объяснению тех явлений, которые зависят от мельчайших частиц тел природы, если мы не хотим все время ошибаться. Так как в физике положение это принято как общее для



intellecta, quid sibi non fingere coguntur ii, qui ex natura minimorum corpusculorum, qualitates corporum particulares explicare aggrediuntur. Non pauca sane, quae inter se pugnant, in uno eodemque corpore posita, etiam apud cordatos viros legere contingit, at quae ab ingeniosissima naturae simplicitate abhorrent, plurima. Mihi equidem in usu evenit, ut, post consumptam omnem curam in confingendis corpusculorum figuris, quae et explicandis qualitatibus corporum particularibus convenirent, et receptae illi in Physicam thesi non officerent, me omni laboris industriaeque fructu privari intellexerim. Longum esset enumerare singula, quae obstant, quo minus materiam corporum ubique eorum ponderi proportionalem esse agnoscere possim; quamobrem nonnulla, quae majoris momenti mihi visa sunt, propono; et primo quidem dari corpora specifica gravitate maxime discrepantia, ejusmodi tamen qualitatibus praedita, ex quibus non obscure colligi potest, densitatem materiae prope eandem illis inesse. Ejusmodi sunt aurum et aqua inter se comparata. Quamvis enim haec vicesies fere specificè levior est illo; nihilominus tamen haud obscuris indiciis prodit se eadem, qua illud, densitate materiae gaudere: praesertim cum vi externa, quantumcunque adhibeatur, nequaquam in minus volumen se cogi patiatur, non aliter quam ipsum aurum. Unde maxime probabile, ac paene extra omne dubium positum est, particulas aquae materiae cohaerentis immediate se mutuo contingere (interlabens enim materia, si qua inter cohaerentis particulas esset, vel levissimae pressioni cederet) adeoque in densissimo fere situ constitutas esse. Porro diversa magnitudo particularum et pororum in diversis corporibus ad comparandam diversam densitatem materiae nihil conferre potest, si in singulis eadem figura particularum, idemque earum situs ponatur; restat igitur, ut ad solam figurae diversitatem refugiamus, si densitatem materiae corporum ponderi eorundem proportionalem esse asserere velimus. Ad fingendam materiam summe densam in corporibus nulla

всех явлений, то чего только не приходится придумывать тем, кто берется объяснять частные качества тел, исходя из природы мельчайших корпускул. Даже у людей большого ума случается встретить приписывание противоречивых свойств одному и тому же телу; очень много у них такого, что совершенно чуждо мудрейшей простоте природы. Да и сам я, потратив много труда на изыскание фигуры частиц, объясняющей частные свойства тела и не противоречащей приведенной физической теории, понял, что не получу никаких плодов от своей прилежной работы. Долго было бы перечислять по отдельности все, что не позволяет мне признать неизменную пропорциональность между массой тел и их весом; я приведу здесь то, что мне кажется наиболее важным. Во-первых, имеются тела самого различного удельного веса, обладающие такими свойствами, из которых совершенно ясно, что плотность материи их почти одинакова. Таковы, например, золото и вода, если их сравнивать друг с другом.

Вода почти в двадцать раз легче золота, однако по признакам совершенно ясным имеет такую же плотность материи; и прежде всего ее, так же как и золото, нельзя сжать в меньший объем приложением какой бы то ни было внешней силы. На этом основании представляется весьма вероятным и почти несомненным, что частицы связанной материи воды находятся в непосредственном соприкосновении (ибо протекающая материя, если бы таковая находилась в промежутке между связанными частицами, уступила бы малейшему давлению) и следовательно расположены, можно сказать, наиболее плотно. Затем, различная величина частиц и пор в разных телах несколько не может содействовать приобретению различий в плотности материи, если допустить, что в каждом теле фигура и расположение частиц одинаковы. Итак, приняв пропорциональность плотности тела весу его, остается прибегнуть к различию фигуры. Для того чтобы плотность материи в телах была наибольшей,

figura corpusculis aptior tribui potest cubica. Sint igitur particulae auri ejusmodi figura praeditae, quamvis ejus pori ipsi aquae, etiam salinis particulis oneratae, patentes, et flexilis adeo natura hujus metalli id concedere prohibeant. Sed in quamnam figuram aquae particulas effingemus? Si ex solidis globulis eam constare ponemus (quod non solum aquae sed etiam omnium corporum naturalium atomis convenientissimum esse judico) erit densitas materiae in auro dupla circiter, non vigecupla. Sin vero in quolibet globulo cavitatem fingemus, quae solida ejus crusta decies sit major, ita ut cava et sphaerica corpuscula aquae ad cubica et solida auri sint ratione densitatis materiae illius fere ut 1 ad 20; erit crassicies crustae corpusculorum aquae ad diametrum cavitatis eorundem ut 1 ad 60 circiter. Quo posito, aqua constabit ex bullulis gracillimis, quae vix vel levissimae pressioni resistant; cum tamen aqua ingenti vi adacta, strictissimos metallorum poros penetret potius, quam vel tantillum volumini suo detrahi patiatur; et aëre vi frigoris, cum aqua in glaciem abit, ex poris ejus in bullas congregato, stupendoque elatere urgente solidissima bombardata rumpatur potius, quam illa spacium de suo cedat. Melius equidem firmitati eorum naturam providisse reor, quae tantis viribus oppositura erat. Sed ista uni et alteri qualitati aquae non conveniunt; at reliquae figurarum species, quaecunque in favorem theseos, in dubium hic vocatae, fingi possunt, ineptissimae sunt, cum etiam pelluciditati, volubilitati et omnibus fere aquae qualitatibus sunt maxime incongruae. Si itaque aquae particulas ob invictam firmitatem solidas, ob volubilitatem sphaericas ponimus; in ipsa autem ut in auro situm illarum densissimum esse ex monitis superius concludimus; tum profecto densitatem materiae in auro et in aqua haud multum discrepare inficiandum non

самой подходящей фигурой корпускул будет кубическая. Итак, допустим, что частицы золота имеют подобную форму, хотя его поры, открытые для самой воды, даже загруженной соляными частицами, а также и вполне гибкая природа этого металла и препятствуют признать это. Но какую форму припишем мы частицам воды? Если мы предположим, что она состоит из сплошных шариков (что я считаю наиболее подходящим не только для воды, но и для атомов всех природных тел), то плотность материи золота будет больше приблизительно в два раза, а не в двадцать раз. Если же мы представим себе в каждом шарике полость, которая будет в десять раз больше его плотной оболочки, так что полые шарообразные частицы воды будут по плотности материи относиться к кубическим сплошным частицам золота приблизительно как 1 к 20, то толщина оболочки частиц воды будет относиться к диаметру их полости приблизительно как 1 к 60. При этом условии вода будет состоять из тончайших пузырьков, которые едва окажут сопротивление даже самому слабому давлению, тогда как вода, нагнетаемая с весьма большой силой, скорее проникнет в самые узкие поры металлов, чем потерпит хотя бы ничтожный ущерб в своем объеме; и когда при замерзании воды воздух из ее пор силою холода собирается в пузырьки и давит с величайшей упругостью, то скорее разорвется прочнейшая бомба, чем вода уступит сколько-нибудь из своего пространства. Думаю, что природа лучше позаботилась о прочности тех [частиц], которые намеревалась противопоставить таким силам. Но сделанное предположение противоречит лишь одному-двум качествам воды; остальные же виды фигур, которые можно было бы представить в поддержку подвергнутого здесь сомнению тезиса, вовсе непригодны как находящиеся в полном несоответствии также с прозрачностью, подвижностью и почти всеми другими качествами воды. Итак, если мы на основании непреодолимой прочности частиц воды будем считать их сплошными и на основании их подвижности шарообразными

erit. Simili ratione de multis aliis corporibus, ex. gr. de adamante et mercurio, disputare possem, firmitate et gravitate eorum specifica comparatis; sed cum his propositae thesi contrarium possibile potius quam necessarium evincitur; quamobrem ad ea, quae graviora videntur, propero.

Effectuum phaenomena magis dilucida perspicuaque reddi cognita illorum causa, nemo dubitat, unde et gravitatis causa perspecta etiam de varietate specificae gravitatis corporum exploratum haberi posse, dubitandum non est. Quamobrem opus est, ut, quantum proposita quaestio exoptulat, de causa gravitatis pauca disseram. Non moror eos, qui gravitatem corporum inter essentialia eorum attributa numerant, ideoque nec in causam ejus inquirendum esse putant; sed absque omni dubio cum omnem motum atque tendentiam corporum secundum quamcumque directionem in genere, tum etiam gravitatem, quae species est, ab omni corpore abesse, salva ejus essentia, posse statuo, non secus ac illam quantitatem motus, quae ex incrementis celeritatis cadentium corporum enascitur. Cum itaque ratio sufficiens adesse debeat, cur sensibilla corpora potius tendant versus centrum telluris, quam non tendant; idcirco oportet ut in gravitatis causam inquireamus. Eam vero vel ex impulsione vel ex mera attractione oriri necesse est. Impulsione corpora moveri certissimum est; mera autem attractio in quaestione versatur, nec valida satis argumenta desunt, quae eam ex rerum natura removent. Quae quamvis Tibi, vir doctissime, nota satis esse non dubitem, nexus tamen gratia nonnulla hic inserere

и сделаем из сказанного выше тот вывод, что расположение частиц в воде, как и в золоте, наиболее плотное, то конечно нельзя будет отрицать, что плотность материи в золоте и в воде различается мало. Подобным же образом я мог бы рассуждать и обо многих других телах, напр., об алмазе и ртути, сравнивая их твердость и удельный вес; но так как этим путем можно установить лишь вероятность, но не необходимость утверждения, обратного рассматриваемому тезису, то я перехожу к тому, что представляется более важным.

Никто не сомневается в том, что явления, представляющие собой следствия, становятся яснее и понятнее, если познана их причина; поэтому нельзя сомневаться и в том, что, усмотрев причину тяготения, можно считать объясненными и различия в удельном весе. Поэтому я должен, как того требует поставленный вопрос, коротко высказаться о причине тяготения.

Я не буду вступать в спор с теми, кто считает тяготение тел одним из их существенных атрибутов и потому полагает, что и исследовать его причину нет надобности; но я без всякого колебания признаю, что как всякое вообще движение и стремление тел в каком бы то ни было направлении, так и тяготение, представляющее собой разновидность [такового], может у всякого тела без нарушения его сущности отсутствовать, точно так же как и то количество движения, которое порождается из приращения скорости падающих тел. Так как, следовательно, должно существовать достаточное основание, в силу которого ощутимым телам свойственно скорее устремляться к центру земли, чем не устремляться, то приходится исследовать причину тяготения. Возникать оно должно либо от толчка, либо от чистого притяжения. Что тела могут двигаться от толчка, это вполне достоверно; чистое же притяжение остается под вопросом, и нет недостатка в достаточно веских доводах, устраняющих его из природы вещей. Хотя я не сомневаюсь, что Вам, ученейший

necessarium esse arbitror. Et primo quidem, si mera vis attrahendi in corporibus datur, ad motum producendum illis ingenerata sit, necesse est. Verum et impulsione motum in corporibus produci omnibus manifestum est. Erunt ergo ad eundem effectum producendum duae causae in rerum natura constitutae et quidem secum pugnant: quid enim magis contrarium esse potest merae attractioni quam pura impulsio? Caeterum a contrariis causis contrarios effectus produci nemo ibit inficias. (Ne quis tamen exempla apparenter urgentia contra haec ponat, ex. gr. animalia aestu pariter ac frigore necari. Causas enim hic non intelligo remotas, quae dari possunt plurimae, sed proximam, quae cujusvis effectus debet esse unica, ut mortis cessatio motus sanguinis). Quamobrem si mera attractio motum in corporibus producit: quietis ergo causa erit impulsio; quod falsum est: quia impulsio motum in corporibus revera excitat; adeoque attractio nullum; hoc est nulla datur. Denique ponamus vim attractricem meram in corporibus dari; tum corpus *A* attrahit aliud corpus *B*, hoc est illud movet sine ulla impulsione. Unde opus non est, ut corpus *A* impingat in corpus *B*, adeoque nec ut versus idem moveatur necesse est; et cum reliqui motus ejus secundum quamcunque directionem aliam ad movendum corpus *B* nil conferre possunt: sequitur ergo corpus *A* in absoluta quiete positum movere posse corpus *B*. Hoc[c] autem movebitur versus corpus *A*; accedet igitur illi novum aliquid, hoc est motus versus corpus *A*, qui ante in eo non fuit. Omnes autem, quae in rerum natura contingunt, mutationes ita sunt comparatae, ut si quid alicui rei accedit, id alteri derogetur.

муж, они достаточно известны, однако считаю необходимым ради связности [изложения] привести здесь некоторые из них. Прежде всего, если в телах существует чистая сила притяжения, то необходимо допустить, что она прирождена им для производства движения. Но всем известно, что движение тел производится и толчком. Окажется следовательно, что для вызывания одного и того же следствия в природе существуют две причины, и притом противоположные одна другой: ибо что может быть более противоположным чистому притяжению, чем простой толчок? Но никто не станет отрицать, что противоположные причины должны производить противоположные следствия. (Пусть не приводят против этого примеров, кажущихся противоречащими, напр., что живые существа умерщвляются одинаково жаром и холодом. Ибо я здесь подразумеваю не отдаленные причины, которых может быть множество, а ближайшую причину, которая для каждого следствия должна быть единственной, как, например, для смерти прекращение кровообращения). Поэтому если чистое притяжение производит в телах движение, то толчок окажется причиной покоя; но это ложно, так как в действительности толчок возбуждает в телах движение; значит притяжение не возбуждает движения, т. е. вовсе не существует. Наконец, предположим, что в телах существует сила чистого притяжения: тогда тело  $A$  притягивает тело  $B$ , т. е. движет его без какого-либо толчка. Значит не нужно, чтобы тело  $A$  ударило в тело  $B$ , а следовательно нет необходимости и в том, чтобы оно двигалось по направлению к нему; а так как остальные движения его в каком бы то ни было другом направлении не могут иметь никакого значения для приведения в движение тела  $B$ , то отсюда следует, что тело  $A$ , находясь в абсолютном покое, движет тело  $B$ . Последнее же будет двигаться по направлению к телу  $A$ , то есть к нему прибавится нечто новое, а именно движение к телу  $A$ , которого в нем ранее не было. Но все встречающиеся в природе изменения происходят так, что если к чему-либо



Sic quantum alicui corpori materiae additur, tantumdem decedit alteri, quot horas somno impendo, totidem vigiliae detraho. etc. Quae naturae lex cum sit universalis, ideo etiam ad regulas motus extenditur: corpus enim, quod impulsione ad motum excitat aliud, tantum de suo amittit, quantum alteri a se moto impertit. Igitur vi hujus legis motus, qui versus corpus *A* corpori *B* accedit, detrahitur ei, a quo corpus *B* motum illum acquirit, hoc est corpori *A*. Sed cum nulli corpori detrahi potest id, quod non habet, necesse igitur est, ut corpus *A* moveatur, si attrahit corpus *B*, adeoque corpus *A* in absoluta quiete positum non potest movere aliud corpus *B*, quod superius probatis contradicit. Idcirco aut attractio mera locum in rerum natura non habet, aut simul idem esse et non esse absurdum non est. Ego prius amplector, posterius eis relinquo, qui omnia fere phaenomena unico vocabulo explicare gaudent. Caeterum si instituti ratio permetteret ipsos adire fontes, unde attractio ad naturam corporum derivatur, et scientiam naturalem inundat; liquidior reddi posset, quae hic asseritur, veritas. Verum id ad peculiarem tractationem reservo. Quoniam itaque attractio mera nulla esse potest; sequitur gravitatem corporum sensibilium ab impulsione proficisci, adeoque dari materiam, quae illa versus Centrum telluris urget. Gravium autem corporum etiam minimae particulae sunt graves, unde materiam gravificam agere etiam in minimas particulas, poros angustissimos penetrare liberrime, atque adeo fluidissimam esse debere, manifestum est. Haec autem materia in particulas corporum agere nequit, nisi in illas impingat, impingere autem non potest, quin illae resistant, hoc est opponant latera sua illi impervia. Hinc

нечто прибавилось, то это отнимается у чего-то другого. Так, сколько материи прибавляется какому-либо телу, столько же теряется у другого, сколько часов я затрачиваю на сон, столько же отнимаю от бодрствования, и т. д. Так как это всеобщий закон природы, то он распространяется и на правила движения: тело, которое своим толчком возбуждает другое к движению, столько же теряет от своего движения, сколько сообщает другому, им двинутому. Итак, в силу этого закона прибавившееся к телу *B* движение по направлению к телу *A* отнимается оттуда, откуда тело *B* приобретает это движение, т. е. от тела *A*. Но так как ни от какого тела нельзя отнять то, чего в нем нет, то необходимо, чтобы тело *A* двигалось, если оно притягивает тело *B*, и следовательно тело *A*, находясь в абсолютном покое, не может двигать другое тело *B*, а это противоречит доказанному выше. Таким образом, или чистое притяжение не существует в природе, или не является нелепостью, что одно и то же одновременно и существует и не существует. Я принимаю первое, а второе предоставляю тем, кто рад чуть ли не все явления объяснить одним единственным словом. Впрочем, если бы характер поставленной задачи позволил обратиться к самым источникам, откуда притяжение вносится в природу тел и наводняет естественные науки, то утверждаемая здесь истина могла бы стать яснее; но я оставляю это для специальной разработки. Итак, поскольку никакое чистое притяжение не может существовать, то отсюда следует, что тяготение ощутимых тел проистекает от толчка, и следовательно существует материя, которая толкает их к центру земли. Но тяжестью обладают и мельчайшие частицы тяжелых тел, откуда очевидно, что тяготительная материя воздействует даже на мельчайшие частицы, вполне свободно проникает в самые узкие поры и следовательно должна быть в величайшей степени текучей. Но воздействовать на частицы тел эта материя не может иначе, как ударяясь в них, ударяться же не может без того, чтобы они оказы-

autem sequitur, dari particulas, gravia corpora constituentes, materiae gravificae impervias, quae in earum superficiem agit. Quibus ita se habentibus, sit corpus  $A$  aequale corpori  $B$  extensione et densitate materiae, et corpuscula utriusque, in quorum superficiem materia gravifica agit, sphaerica, simili situ disposita. Sit denique diameter unius corpusculi corporis  $A = d$ , periphēria ejus  $= p$ ; erit superficies ejusdem  $= dp$ . Porro, sit diameter corpusculi corporis  $B = d - e$ , erit ejus superficies  $= (d - e)^2 p : d$ . Deinde sit numerus corpusculorum corporis  $A = a$ ; quoniam corpus  $A$  aequale est corpori  $B$  extensione et densitate materiae, et corpuscula sunt in utroque ejusdem figurae et situs (per hypoth.), erit numerus corpusculorum corporis  $A$ , ad numerum corpusculorum corporis  $B$ , ut cubus diametri corpusculi corporis  $B$  ad cubum diametri corpusculi corporis  $A$ , hoc est  $= a : \frac{ad^3}{(d - e)^3}$ , adeoque summa superficierum corpusculorum corporis  $A$  erit ad summam superficierum corpusculorum corporis  $B = adp : \frac{ad^3}{(d - e)^3} \times (d - e)^2 p : d = \frac{a}{d} : \frac{a}{d - e}$ . Quoniam autem corpora gravia validis muris undique circumsepta et lapideis caveis inclusa nil de gravitate sua amittunt; unde liquet materiam gravificam poros corporum pervadendo non retardari, adeoque semper eadem celeritate moveri, et in singula corpuscula eodem impetu ruere. In corporibus autem  $A$  et  $B$  eadem est quantitas materiae (per hypoth.), adeoque eadem inertia. Diversitas igitur actionis fluidi gravifici, erit in ratione superficierum, in quas incurrit. Cum vero summa superficierum corpusculorum corporis  $A$  minor est quam summa superficierum corpusculorum corporis  $B$  (per demonstrata), minorem igitur vim exercebit fluidum gravificum in corpus  $A$ , quam in corpus  $B$ , atque adeo corpus  $B$  erit specificè gravius corpore  $A$ . In utroque autem corpore densitas materiae est eadem (per hypoth.), ea igitur gravitati proportionalis non est. Haec a diversa corpusculorum mole necessario fieri debent; sed idem quoque deducitur, ubi corpusculis diversarum corporum diversa figura tribuitur. Si itaque gravitatem corporum proportionalem densitati

вали ей сопротивление, т. е. противопоставляли ей свои бока, для нее непроницаемые. Отсюда следует, что существуют составляющие тяжелые тела частицы, непроницаемые для тяготительной материи, которая действует на их поверхность. Пусть, при этих условиях, тело  $A$  равно телу  $B$  протяжением и плотностью материи, и частицы того и другого тела, на поверхность которых действует тяготительная материя, шарообразны и имеют одинаковое расположение. Пусть, наконец, диаметр каждой частицы тела  $A$  равен  $d$ , а окружность равна  $p$ ; тогда ее поверхность будет равна  $dp$ . Пусть, далее, диаметр частицы тела  $B$  равен  $d-e$ ; ее поверхность будет равна  $(d-e)^2 p : d$ . Затем, пусть число частиц тела  $A$  равно  $a$ ; так как тело  $A$  равно телу  $B$  протяжением и плотностью материи, а частицы того и другого по условию имеют одинаковую форму и одинаковое расположение, то число частиц тела  $A$  будет относиться к числу частиц тела  $B$ , как куб диаметра частицы тела  $B$  к кубу диаметра частицы тела  $A$ , т. е. это отношение будет равно  $a : \frac{ad^3}{(d-e)^3}$ , и следовательно сумма поверхностей частиц тела  $A$  будет относиться к сумме поверхностей частиц тела  $B$ , как  $adp : \frac{ad^3}{(d-e)^3} \times (d-e)^2 p : d = \frac{a}{d} : \frac{a}{d-e}$ . А так как тяжелые тела, отовсюду окруженные толстыми стенами и заключенные в каменные погребя, ничего не теряют из своей тяжести, то отсюда ясно, что тяготительная материя, проходя через поры тел, не задерживается, а всегда движется с одной и той же скоростью и обрушивается на отдельные частицы с одинаковым натиском. Но у тел  $A$  и  $B$ , по условию, одинаковое количество материи и следовательно одинаковая инерция. Итак, различие действия тяготительной жидкости будет определяться отношением поверхностей, с которыми она сталкивается. А так как, по доказанному, сумма поверхностей частиц тела  $A$  меньше, чем сумма поверхностей частиц тела  $B$ , то тяготительная жидкость будет воздействовать на тело  $A$  с меньшей силой,

materiae eorum ubique volumus; tum aut omnium corporum particulas fluido gravifico impervias in universum ejusdem molis et figurae ponere, aut fluidum illud abrogare debemus. Priori stupenda rerum naturalium varietas obstat; posterius et sanam rationem offendit et qualitibus occultis patrocinator. Super haec id considerandum venit, quod, si mundum adspectabilem plenum materia statuimus; materiam gravitate carentem admittere debemus; alias enim omnia corpora in fluido aethereo nec ascendere nec descendere vi gravitatis possent. At si materiam gravitate carentem concedimus, necessario a majori concludendum erit, dari diversas materias gradu gravitatis specificae aliis materiis cedentes. Quod etiam loquitur analogia aliarum qualitatum, quibus corpora sensibilia gaudent: quippe lumen cum tolli de corpore possit, variat etiam gradu intensionis. Sic de sono, elatere, sapore et reliquis notissimum est.

Si itaque statuere velimus gravitatem corporum specificam differre pro ratione superficierum, quas corpuscula fluido gravifico impervia eidem opponunt; tum non solum memoratae superioris difficultates sublatae erunt omnes, verum etiam amplior via aperietur cum ad pleraque phaenomena dilucidius explananda, tum etiam ad naturam minimorum corpusculorum examinandam. Etenim posita summa superficierum corpusculorum auri fere vicesies majore, quam summa superficierum corpusculorum aquae in aequalibus voluminibus, erit aurum vicesies fere gravius,

чем на тело  $B$ , и следовательно тело  $B$  будет обладать большим удельным весом, чем тело  $A$ . Но в обоих телах, по условию, плотность материи одна и та же, следовательно она не пропорциональна тяжести. Это по необходимости должно быть при различной величине частиц; но то же самое выводится и в том случае, когда частицам различных тел приписывается различная фигура. Итак, если мы хотим признать, что тяжесть тел везде пропорциональна плотности их материи, то мы должны или положить, что непроницаемые для тяготительной жидкости частицы всех вообще тел обладают одной и той же величиной и фигурой, или отвергнуть тяготительную жидкость. Первому противоречит поразительное разнообразие тел природы, второе противно здравому смыслу и ведет к признанию таинственных качеств. Кроме того, надо принять в соображение, что если мы признаем видимый мир полным материи, то должны допустить и невесомую материю, ибо иначе тела не могли бы ни подниматься, ни опускаться силою тяжести в эфирной жидкости. Если же мы принимаем невесомую материю, то, переходя от большего к меньшему, придется заключить, что существуют различные материи, уступающие другим материям по удельному весу. О том же говорит и аналогия прочих качеств, которыми обладают ощутимые тела; так, свет может быть отнят от тела, но может и меняться по степени интенсивности; то же общеизвестно и для звука, упругости, вкуса и прочих качеств.

Если мы, таким образом, согласимся признать, что удельный вес тел изменяется пропорционально поверхностям, противопоставляемым тяготительной жидкости непроницаемыми для нее частицами, то не только будут устранены все упомянутые выше затруднения, но и откроется более широкий путь как для лучшего объяснения весьма многих явлений, так и для исследования природы мельчайших частиц. Действительно, если положить, что сумма поверхностей частиц золота приблизительно в двадцать раз больше, чем сумма

quam aqua, manente eadem materiae densitate. Ne hic autem mihi objiciatur, poros auri a subtilitate corpusculorum ejus debere esse tam angustos, ut corpuscula aquae, quae ob minorem ejus gravitatem majora sunt, atque adeo etiam aquae regiae particulae, eos penetrare non possint; dico aquam regiam ingredi solum eos auri poros, qui sunt inter corpuscula hujus metalli mixta, hoc est concreta ex principiis heterogeneis, inter quae aqua regia non penetrat, alias enim miscibilia auri dissolveret, adeoque ipsum prorsus destrueret. Porro hujus theoriae auxilio removetur prorsus illa de igne in corporibus calcinatis fixo opinio. Quamvis enim nullum sit dubium, particulas ex aëre, super corpus calcinandum continuo fluente, illi immisceri et pondus ipsius augere; verum si experimenta in ocluso vase facta proferantur, cum aucto etiam calcinati corporis pondere; responderi poterit, cohaesione particularum per calcinationem sublata, latera illarum, quae antea contactu erant occupata, jam libere fluido gravifico exponi, ideoque fortius ad centrum telluris premi. Denique nec inutilem fore hanc theoriam puto ad magnitudinis rationem inter corpuscula corporum diversi generis inquirendam, si nempe mixtio, situs et figura illorum aliunde innoverint. Sed haec exempli gratia producere tantum lubuit. Plura offerrem, si me jam plus satis prolixum hic fuisse non viderem. Addo tamen, juxta probata superius aërem multo graviolem aqua esse debere, si quando corpuscula ejus sunt in situ summe denso. Ea enim sunt minora aquae particulis, quia poros ejus ingrediuntur.

поверхностей частиц воды в равном объеме, то окажется, что золото почти в двадцать раз тяжелее воды при той же плотности материи. И чтобы мне здесь не возражали, что поры золота вследствие тонкости его частиц должны быть столь узкими, что в них не смогут проникнуть частицы воды, которые, вследствие ее меньшего веса, имеют большую величину, и даже частицы царской водки, я скажу, что царская водка проникает лишь в те поры золота, которые находятся между смешанными частицами этого металла, т. е. частицами, составленными из разнородных начал, между которыми царская водка не проникает, ибо иначе она разъединила бы составные части золота и, следовательно, совершенно разрушила бы его само. Далее, при помощи этой теории совершенно отвергается известное мнение об огне, остающемся в кальцинированных телах. Действительно, хотя нет никакого сомнения, что частицы из воздуха, непрерывно текущего на кальцинируемое тело, смешиваются с последним и увеличивают его вес, однако, если учесть опыты в замкнутом сосуде, при которых также увеличивается вес кальцинируемого тела, то можно будет ответить, что вследствие уничтожения сцепления частиц кальцинированием, их поверхности, ранее закрытые взаимным соприкосновением, оказываются уже свободно подверженными тяготительной жидкости и потому сильнее пригнетаются к центру земли. Наконец, бесполезной, думаю я, будет эта теория и для исследования отношения величин частиц, принадлежащих телам различного рода, если на основании других данных станут известны их состав, расположение и фигура. Но я счел нужным привести это лишь в качестве примера. Я предложил бы больше, если бы не видел, что уже распространился здесь более чем достаточно. Добавлю, однако, что согласно показанному выше воздух должен быть гораздо тяжелее воды, если только частицы его окажутся в наиболее тесном расположении. Действительно, его частицы меньше частиц воды, так как входят в ее поры.



Haec sunt, vir Celeberrime, quae jam per aliquot annos volvo, quaeque mihi obstant, quo minus ea, quae, investigando causas qualitatum particularium profeci, in unum systema redigere atque publici juris facere possim. Tuo autem acutissimo judicio ex hoc labyrintho me extricatum iri non dubito. Accipe, Vir incomparabilis, ea, qua praeditus es, animi aequitate hasce meditationes meas, mihi que favere perge. Vale.

Dabam Petropoli die 5 Julii stili vet. A. S. 1748.

Вот, знаменитейший муж, что я обдумываю уже несколько лет и что не позволяет мне привести в единую систему и опубликовать результаты моих исследований, относящихся к причинам частных качеств. Но не сомневаюсь, что Ваше острое суждение освободит меня из этого лабиринта. Примите, несравненный муж, эти мои размышления со свойственной Вам непредубежденностью и не оставляйте меня Вашим благосклонным расположением. Будьте здоровы.

Петербург, 5 июля, ст. ст. 1748 г.



9

[О ТЯЖЕСТИ ТЕЛ И ОБ ИЗВЕЧНОСТИ  
ПЕРВИЧНОГО ДВИЖЕНИЯ]



## Theorema

Gravitas corporum non dependet a vi quadam attractrice, sed a materia gravifica.

## Demonstratio<sup>a</sup>

Incrementa celeritatis motus quae corpora cadentia acquirunt sunt motus, qui prius in corpore illo gravi non fuerunt adeoque sunt derivativi. Cum vero ad gravitatem pertineant et ab eadem causa proficiscantur, a qua nisus corporis gravis ad centrum telluris dependet: patet gravitatem esse motum derivativum, adeoque ab alio movente dependere. Porro voluntati divinae aut miraculosae cuidam virtuti physicam hanc corporum proprietatem sine injuria in deum et naturam adscribere non possumus, fatendum est dari quandam materiam, quae corpora gravia motu suo ad telluris centrum propellit.

## Definitio I<sup>b</sup>

Motus est continua loci mutatio.

---

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* Ponatur corpus grave cadere per spatia *a, b, c, d.*

<sup>b</sup> *Зачеркнуто* Corpus moveri dicitur.



Перевод Я. М. Боровского

### Положение

Тяжесть тел не зависит от какой-либо притягательной силы, но от тяготительной материи.

### Доказательство <sup>a</sup>

Приращения скорости движения, приобретаемые падающими телами, — это движения, которых до того в данном тяготеющем теле не было и которые, следовательно, являются производными. Но так как они связаны с тяготением и происходят от той же самой причины, от которой зависит стремление тяготеющего тела к центру земли, то очевидно, что тяготение есть движение производное и следовательно зависит от другого движущего [тела]. Далее, приписывать это физическое свойство тел божественной воле или какой-либо чудодейственной силе мы не можем, не кощунствуя против бога и природы; необходимо признать, что существует некая материя, своим движением толкающая тяготеющие тела к центру земли.

### Определение I<sup>b</sup>

Движение есть непрерывное перемещение.

---

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* Предположим, что тяготеющее тело падает, проходя промежутки *a*, *b*, *c*, *d*.

<sup>b</sup> *Зачеркнуто* Говорят, что тело движется,

## Definitio II

Quies est permanentia in eodem loco.<sup>a</sup>  
 Omne quod motus sui initium habet movetur.

## Experientia

Corpus grave dum ad telluris centrum fertur, celeritas ejus crescit. Incrementum hoc celeritatis est motus novus, qui in nisu corporis gravis non fuit, neque a nisu illo simplici dependet.

Omne corpus quod motus sui nunc initium habet, movetur ab alio corpore. Sed omne corpus quod vi gravitatis suae ad centrum telluris fertur, habet motus sui initium.

Omne corpus quod vi gravitatis ad telluris centrum fertur, movetur ab alio corpore.

Omne corpus quod prius non movebatur et nunc movetur, habet motus sui initium.

Sed corpus grave<sup>b</sup> quod ad centrum telluris fertur, prius non movebatur et nunc movetur.

Corpus<sup>c</sup> grave quod<sup>d</sup> ad centrum telluris fertur, habet motus sui initium.

Omnis corporis motus, qui antea in corpore non fuit,<sup>e</sup> hab[et] sui initium, sed incrementum<sup>f</sup> motus ad T. C. e. g. prius in corpore gravi non fuit, ergo habet sui initium.

---

<sup>a</sup> Зачеркнуто Motus qui in initium habet, habet rationem sui in alio motu. Mobile.

<sup>b</sup> Зачеркнуто dum.

<sup>c</sup> Зачеркнуто Omne.

<sup>d</sup> Переправлено из dum.

<sup>e</sup> Зачеркнуто et nunc est.

<sup>f</sup> Зачеркнуто gravitatis.

## Определение II

Покой есть пребывание в одном и том же месте.<sup>а</sup>  
Все, что имеет начало своего движения, движется.

## Опыт

Когда тяготеющее тело несется к центру земли, его скорость возрастает. Это приращение скорости есть новое движение, которого ранее не было в стремлении тяготеющего тела и которое не зависит от этого простого стремления.

Всякое тело, имеющее ныне начало своего движения, движимо другим. Но всякое тело, силою своего тяготения несущееся к центру земли, имеет начало своего движения.

Всякое тело, силою тяготения несущееся к центру земли, движимо другим телом.

Всякое тело, ранее не двигавшееся, а ныне движущееся, имеет начало своего движения.

Но тяготеющее тело, несущееся к центру земли, ранее не двигалось, а теперь движется.

Тяготеющее<sup>б</sup> тело, несущееся к центру земли, имеет начало своего движения.

Всякое движение тела, которого в этом теле ранее не было,<sup>в</sup> имеет свое начало; но, напр., приращения движения к центру земли ранее в теле не было, значит оно имеет свое начало.

Всякое движение тела, имеющее начало ныне, зависит от другого тела. Но движение тяготеющего тела к центру земли имеет начало, следовательно зависит от движения другого тела.<sup>г</sup>

---

<sup>а</sup> Зачеркнуто Движение, имеющее начало, имеет свое основание в другом движении. Движущееся.

<sup>б</sup> Зачеркнуто Всякое.

<sup>в</sup> Зачеркнуто и которое теперь в нем есть.

<sup>г</sup> Зачеркнуто Исследуя доступные чувствам тела, мы усматриваем в них <атрибуты и> свойства двоякого рода. Первого рода те, коих мы имеем отчетливые идеи и понятия.



Omnis corporis motus qui nunc initium habet,<sup>a</sup> dependet ab alio corpore. Sed corporis gravis motus ad centrum telluris initium habet, ergo dependet a motu corporis alterius.<sup>b</sup>

Datur materia gravifica. Propos[itio] ips[us].<sup>c</sup>

1. Quia corpora ad centrum telluris premit.

2. Quia corpora ad centrum feruntur.

2.<sup>d</sup> Quia moventur.

### Definitio

Motus primitivus est, qui rationem sui in se ipso habet, sive ab alio motu non dependet.

### Definitio

Motus derivativus est, qui ab alio motu dependet.

### Axioma

Quidquid quiescit, illud moveri non potest, nisi ab alio moveatur.

### Theorema

Motus primitivus initium habere non potest, sed ab aeterno esse ° debet.

### Demonstratio

Ponatur motum primitivum non esse ab aeterno, igitur sequetur fuisse tempus, quo ille non fuit, adeoque mobile

<sup>a</sup> Зачеркнуто movetur.

<sup>b</sup> Зачеркнуто Corpora sensibus obvia dum perpendimus duplicis generis <attributa et> proprietates in illis deprehendimus. Prioris generis sunt quorum ideas et notiones distinctas habemus.

° Слова Propos. ips. приписаны позднее.

<sup>d</sup> Цифра 2 повторяется в рукописи.

° Переправлено из est.

Существует тяготительная материя. Ее представление.

1. Ибо она гнетет тела к центру земли.
2. Ибо тела несутся к центру.
2. Ибо они движутся.

### О п р е д е л е н и е

Первичное движение — это такое, которое в себе самом имеет свое основание, т. е. не зависит от другого движения.

### О п р е д е л е н и е

Производное движение — это такое, которое зависит от другого движения.

### А к с и о м а

Все, что покоится, не может притти в движение, если не будет двинуто другим.

### П о л о ж е н и е

Первичное движение не может иметь начала, но должно существовать извечно.

### Д о к а з а т е л ь с т в о

Предположим, что первичное движение не существует извечно; отсюда следует, что было время, когда этого движения не было, и что движущееся тело покоилось, но было наконец возбуждено к движению. Отсюда можно заключить, что было нечто внешнее, что его двигало, и следовательно первичное движение не было первичным, что однако содержит противоречие. Поэтому необходимо принять противо-

quievis[s]e et tandem ad motum concitatum fuisse, <sup>a</sup> unde colligere licet, quod aliquid externum fuerit quod illud moveret, consequenter, motus primitivus non esset primitivus, quod tamen contradictionem involvit. Quamobrem contraria sententia assumenda est et fatendum, motum primitivum initium nunquam habere posse, sed ab aeterno durare debere.

### Experientia

Corpora gravia dum cadunt, <sup>b</sup> feruntur motu inaequabili sed celeritas eorum continuo augetur. Scilicet celeritates ad distantias eam rationem habent quam distantiae ipsae ad quadrata sua.

### Hypothesis

Tellus corpora <sup>c</sup> ejusdem gravitatis attrahit eadem vi, si fuerint in eadem distantia a centro telluris.

### Experientia

In celeritatis incremento corporum cadentium ejusdem gravitatis nulla differentia observatur. Si distantiarum a centro telluris non magna fuerit differentia, e. g. 20 decemped.

---

<sup>a</sup> Зачеркнуто adeoque.

<sup>b</sup> Зачеркнуто Celeritas eorum augetur.

<sup>c</sup> Зачеркнуто gravia.

---

положное утверждение и признать, что первичное движение никогда не может иметь начала, но должно длиться извечно.

### Опыт

Когда тяготеющие тела падают, то движение, которым они несутся, не равномерно, и скорость их непрерывно увеличивается. А именно, скорости имеют такое же отношение к расстояниям, какое сами расстояния к своим квадратам.

### Гипотеза

Земля притягивает<sup>a</sup> тела одной и той же тяжести с одной и той же силой, если они находятся на одном и том же расстоянии от центра земли.

### Опыт

В приращении скорости падающих тел одной и той же тяжести не наблюдается никакой разницы. Если разность расстояний от центра земли невелика, напр. 20 десяти-фут[овых?].

---

<sup>a</sup> Зачеркнуто тяготеющие.



*10*

ANEMOMETRUM SUMMAM CELIRITATEM  
CUJUSVIS VENTI ET SIMUL VARIATIONES  
DIRECTIONUM ILLIUS INDICANS.  
AUCTORE MICHAELE LOMONOSOW

---

[АНЕМОМЕТР, ПОКАЗЫВАЮЩИЙ НАИБОЛЬШУЮ  
БЫСТРОТУ ЛЮБОГО ВЕТРА И ОДНОВРЕМЕННО  
ИЗМЕНЕНИЯ В ЕГО НАПРАВЛЕНИИ,  
МИХАЙЛА ЛОМОНОСОВА]



## Constructio

### I

Conficiatur rota alata *A* [fig. 1], cujus singulae alae *a*, numero 16, sint fagineae 24 pollices longae, 2 latae, crassitie vero lineam unicam haud superantes, atque axi *b* [fig. 2] infixae ita, ut situ suo ad axem convergente efficiant angulos  $22\frac{1}{2}$  graduum. Majoris vero firmitatis gratia constringantur filo ferreo duplicato in *c* et *g* per ipsas trajecto.

### II

Axis *b* per foramina in summo margine capsulae lignae *BCDE*, cui dimidium dictae rotae includitur, trajectus, cumque rota motus, dente *d* rotam aliam *F* duos pedes in diametro habentem et 800 dentibus instructam moveat, quae tympano *h* axi suo affixo circumagat rotam tertiam *M*, dimidii diametri et dentibus 400 praeditam, cum axe *p* diametri semipedalis, longitudine vero  $\frac{1}{4}$  seu  $\frac{1}{2}$  pollicis adaequante.



Перевод М. Е. Сергеевко

## Устройство

### I

Изготовим колесо с крыльями  $A$  [фиг. 1]; каждое крыло, числом 16, делается из бука, длиной в 24 дюйма, шириной в 2, толщиной не больше одной линии. Крылья вставим в ось  $b$  [фиг. 2] так, что их плоскости, сходясь к оси, образуют друг с другом углы в  $22\frac{1}{2}$  градуса. Для большей прочности крылья свяжем двумя железными проволоками, пропущенными через них в  $c$  и  $g$ .

### II

Ось  $b$ , пропущенная через отверстия в верхнем крае деревянного ящичка  $BCDE$ , в котором вышеупомянутое колесо находится до половины, и вращающаяся вместе с колесом, с помощью зубца  $d$ , пусть приводит в движение другое колесо  $F$  диаметром в 2 фута, снабженное 800 зубцами. Это колесо с помощью барабана  $h$ , укрепленного на его оси, должно вращать третье колесо  $M$ , половинного диаметра с 400 зубцами, с осью  $p$ , диаметром в  $\frac{1}{2}$  фута и длиной в  $\frac{1}{4}$  или в  $\frac{1}{2}$  дюйма.



## III

Sint duo elateres  $e$  et  $m$ , ad tabulas laterales firmati. Prior, qui fortior est, rotam  $M$  ad tympanum  $h$  apprimet, pro lubitu funiculo  $pgr$  ab illo removendam; posterior erit flexibilior, et motum retrogradum rotae  $F$  prohibebit.

## IV

Rotae  $F$  et  $M$  tegantur tabula lignea tenui, lateri capsulae  $BCDE$  aequali, et ab omni parte probe muniantur contra humorum impressionem. Ad latus capsulae illius angustius  $BD$  firmiter perpendiculariter tabula  $Q$ , quinque pedes longa, latitudine vero capsam adaequans, cum incisuris pro lubitu ad machinam ornandam factis.

## V

Integra machina firmetur ad vectem  $CK$ , cujus pars inferior perforata est secundum longitudinem instar tubi ad funiculos recipiendos. Ex  $L$  usque ad  $K$  sit vectis figurae prismaticae tetragonae, nempe quantum erit infra fornicem  $TT$ ; reliquum erit figurae cylindricae, longitudinis et crassitiei ad machinam sustinendam et ventorum impetum ferendum sufficientis.

## VI

In fornice  $TT$  fiat foramen rotundum, aptumque ad vectem cylindricum capiendum; muniatur cono perforato  $GG$  ad fornicem firmato, et cono altero concavo  $RR$ , priorem tegente, atque vecti affixo ita, ut vectis in foramine libere moveri pos-

## III

К боковым стенкам прикрепим две пружины  $e$  и  $m$ . Первая, более сильная, пусть прижимает к барабану  $h$  колесо  $M$ , которое, по желанию, можно отодвигать от него с помощью нити  $pgr$ ; вторая, более гибкая, будет препятствовать обратному движению колеса  $F$ .

## IV

Колеса  $F$  и  $M$  должны быть закрыты тонкой деревянной дощечкой, равной по величине боковой стороне ящика  $BCDE$ , и хорошо защищены со всех сторон от влияния сырости. К более узкой стороне этого ящика  $BD$  прикрепим перпендикулярно доску  $Q$ , длиной в пять футов, такой же ширины, как и ящик, с вырезами, сделанными по желанию для украшения прибора.

## V

Весь прибор прикрепим к шесту  $СК$ , нижняя часть которого продольно выдолблена наподобие трубки для пропускания сквозь нее нити. От  $L$  и до  $K$ , т. е. на всем протяжении ниже опоры  $ТТ$ , шест должен иметь форму четырехгранной призмы, а на остальном пространстве — форму цилиндрическую. Длина и толщина его должны быть достаточны, чтобы он поддерживал прибор и противостоял напору ветров.

## VI

В опоре  $ТТ$  сделаем круглое отверстие, в которое входит цилиндрический шест; пусть он поддерживается просверленным конусом  $GG$ , прикрепленным к опоре, и снабжен другим полым конусом  $RR$ , прикрывающим первый и прикрепленным

sit circa suum axem, et pluvia atque nix cono concavo RR a foramine arceatur.

## VII

Axi  $p$  alligandus est funiculus  $plt$ , cera vel pice infectus, circa eundem ipsum axem volvendus, cujus altera extremitas circumvolvenda erit rotae  $H$  cum gradibus in limbo ejus descriptis, quorum magnitudo, ut et rotae ipsius, praxi erit determinanda, quemadmodum infra docebimus. Index  $n$  ad vectem fixus pro diverso situ rotae gradus ostendet.

## VIII

Rota  $H$  in capsula lignea  $N$  profunda et angusta sit mobilis. Peripheriae ejus affigatur tubus vitreus aequalis, circulari figura incurvus, cujus lumen sit unicam circiter lineam amplum; atque impleatur Mercurio ad utramque usque aperturam  $u$  et  $y$ , cum erunt in eadem linea horizontali. Capsula  $N$  habebit foramen in  $k$ .

## IX

Circa vectis inferiorem extremitatem  $K$  collocetur receptaculum ligneum circulare  $X$  [fig. 3] in 32 loculos lamellis ligneis tenuissimis discretum aequaliter, ita ut loculo  $N$  spectante septentrionem, oppositus  $S$  meridiem versus dirigatur, atque singuli versus 32 ventorum regiones vergant. Partes loculorum  $o$  in angulum acutum versus peripheriam exeuntes sint apertae;<sup>a</sup> reliquum, quod ad foramen  $X$  extendetur et opertum erit, distinguatur pictis in modum amusii singulis ventis.

<sup>a</sup> В печатном оригинале ошибочно опертая.

к шесту так, чтобы шест мог свободно ходить в отверстии вокруг своей оси, а полый конус  $RR$  не позволял проникнуть в отверстие дождю и снегу.

## VII

К оси  $p$  привяжем пропитанную воском или смолою нить  $plt$ , наматывающуюся на эту ось; другой конец обмотаем вокруг колеса  $H$ , по краю которого нанесены градусы; величина их, как и самого колеса, определяется на практике, как это будет разъяснено ниже. Стрелка  $л$ , прикрепленная к шесту, должна показывать градусы, смотря по тому или иному положению колеса.

## VIII

Колесо  $H$  подвижно укрепим в узком и глубоком деревянном ящичке  $N$ . К его периферии прикрепим цилиндрическую стеклянную трубку, изогнутую по кругу, с просветом не больше одной линии. Ее наполним ртутью вплоть до обоих отверстий  $и$  и  $у$ , когда они будут находиться на одной и той же горизонтальной линии. Ящичек  $N$  снабжен отверстием в  $k$ .

## IX

У нижней оконечности шеста  $K$  пусть находится круглое деревянное вместилище  $X$  [фиг. 3], разделенное тончайшими деревянными планками на 32 равных отделения так, что против отделения  $N$ , обращенного на север, будет находиться отделение  $S$ , которое смотрит на юг, и все отделения расположены по 32 направлениям ветров. Часть каждого отделения  $O$  пусть выходит к периферии острым углом и будет открыта; остальная часть, доходящая до отверстия  $X$  и закрытая, должна быть снабжена обозначением определенного ветра, наподобие обозначений на компасе.

## X

Omnia denique industria artificis ita aptentur et conjungantur, ut et ad motum sint prompta et ad impetum aëris sustinendum satis firma. Magnitudo alarum et rotarum pro cujuslibet arbitrio et commoditate augeri aut minor eligi poterit. Rotae *F* et *M* ut et tympanum conficiantur ex aurichalco.

## XI

Antequam in situ debito inter fornicem firmata fuerit, collocetur haec machina primum in loco, ubi ventus quilibet libere spiret, et rotam alata *A* aequabili rotatione moveat. In distantia centum orgyiarum ponatur meta in ea regione, versus quam ventus a machina dirigitur, et aëri moto committatur pluma, quae dum per spatium centum orgyiarum fertur, notetur interea numerus gyrationum rotae alatae per numerum dentium rotae *F* quam fieri potest accurate, et hac ratione invento numero rotationum illius pro 100 orgyis, quas aër percurrit, numerandae sunt rotationes pro 500 orgyis, ut aër nempe percurrat integram Werstam. His rotationibus absolutis, notetur locus indicis *n*, et distantia ejus a puncto, in quo fuit initio primae rotationis, sumatur pro gradu primo scalae in limbo rotæ *H* describendae, juxta quem reliqui determinari poterunt; ad ejusmodi gradus certius determinandos possunt etiam datae rotationes pro miliaribus numerari, atque designari.

## U s u s

Haec machina posita in summo speculae astronomicae, vel cujuscunque aedificii editioris 1) implebit vices Tritonis, indicando directionem cujuslibet venti, ita ut tabula *Q* et integra

## X

Все, наконец, старанием мастера, должно быть соединено и прилажено так, чтобы сразу же приходиться в движение, и обладать достаточной прочностью, чтобы выдерживать напор воздуха. Величину крыльев и колес можно выбрать бóльшую или меньшую, смотря по желанию и обстоятельствам. Колеса  $F$  и  $M$ , так же как барабан, должно изготовить из латуни.

## XI

Прежде чем установить этот прибор в должном положении на опоре, его надо поставить сначала в таком месте, где мог бы свободно дуть и равномерно двигать колесо с крыльями  $A$  любой ветер. На расстоянии 100 сажен от прибора по направлению ветра поставим значок и по воздуху пустим перья. В то время как они пролетают это пространство в 100 сажен, со всей возможной точностью отметим по числу зубцов колеса  $F$  число оборотов колеса с крыльями. Найдя таким образом число его оборотов для этих 100 сажен, которые пробегает ветер, нужно отсчитать число оборотов для 500 сажен, т. е. для целой версты, которую пробежит ветер. По завершении этих оборотов отметим положение стрелки  $l$  и расстояние ее от той точки, с которой начался первый оборот, примем за первый градус шкалы, располагаемой по краю колеса  $H$ ; в соответствии с этим могут быть определены и остальные. Чтобы точнее определить эти градусы, можно также сделать обозначения для известного числа оборотов.

## Употребление

Этот прибор, поставленный на крыше астрономической вышки или какого-нибудь высокого здания, 1) будет нести службу Тритона,<sup>1</sup> указывая направление любого ветра, при

superiore parte machinae cum directione moti aëris congruente, angusta capsula *NN* spectabit eam, unde ventus spirat, plagam, quae illico ex subjecto amusio innotescet. 2) Rota alata *A* vento mota rotas *F* et *M*, ad involutionem funiculi *plt* retardandam comparatas, movebit simul cum axe *p*, ope dicti funiculi, rotam *H* in capsula *NN* circumvolvante. Quo fiet, ut pro diversa quantitate aëris praeterlapsi diversus quoque numerus graduum supra indicem *n* ascendet. Hac ratione, absente observatore, notari poterit summa celeritatum venti cujuslibet. Absoluta scala in limbo rotae *H* descripta, deducatur elater *e* funiculo *pqr*, ut rota *M* cum axe *p* moveri possit extra contactum tympani *h*, et rota *H* revolvatur in eum situm, in quo index *n* ostendit rursus in scala initium primi gradus; tandem vero funiculus remittatur; quo facto, rota *M* cum tympano *h* in contactu posita ab eo rursus moveri poterit. 3) Spirante vento, et rota *H* ex *u* versus *y* vergente, deprimetur lumen *y* tubi *uy*, perque id Mercurius ex tubo in capsulam angustam *NN*, et ex illa per foramen *k* defluet in amusii loculum, qui respondebit regioni, unde ventus spirat. Et vento variante, Mercurius pro ratione depressionis luminis *y* effluet in loculos amusii, regionibus, unde ventus variabilis spirabit, correspondentes. Scala absoluta et mercurio in tubulo jam jam deficiente, fiat rotae *H* revolutio modo superius praescripto, et tubulus *uy* ope convenientis infundibuli impleatur denuo Mercurio et foramen *k* statim obturatur. Ex loculis amusii singulis Mercurius seorsim effundatur per epistomia *z* in tubulum ejusdem luminis cum tubulo *uy*, et per diversam altitudinem Mercurii, in aequales gradus distributam, notetur ejus diversa quantitas. Ultimo foramen *k* aperiat, ut Mercurius per capsulam *NN* in loculos amusii denuo ex tubulo vitreo defluere possit. Quoniam autem quantitas Mercurii in tubulo *uy* gradibus singulis in scala descriptis in singulis partibus proportionalis est, quod ex constructione patet; ex diversa igitur quantitate Mercurii in loculis contenti constabit, quantum aëris ex quavis regione dato tempore praeterfluxerit, atque adeo pro singulis diebus et mensibus, proque integro

чем доска  $Q$  и вся верхняя часть прибора будут повернуты в направлении ветра, узкий же ящичек  $NN$  будет смотреть в ту сторону, откуда дует ветер и которая будет определяться по расположенному внизу компасу.

2) Колесо с крыльями  $A$ , приведенное в движение ветром, заставит двигаться колеса  $F$  и  $M$ , устройство которых служит для медленного накручивания нити  $plt$ , и одновременно ось  $p$ , вращающую с помощью названной нити колесо  $H$  в ящичке  $NN$ . Вследствие этого, в зависимости от разного количества пронесшегося мимо воздуха, над указателем  $n$  выступит разное число градусов. Таким образом в отсутствие наблюдателя будет отмечаться сумма скоростей всех ветров. После того как шкала по краю колеса  $H$  будет вся исчерпана, пружину  $e$  оттянем нитью  $pqr$ , чтобы колесо  $M$  вместе с осью  $p$  могло двигаться, не соприкасаясь с барабаном  $h$ , и колесо  $H$  вернулось в то положение, при котором стрелка опять показывает на шкале начало первого градуса. Затем нить отпустим, и колесо  $M$ , соприкоснувшись с барабаном, опять может быть им приведено в движение. 3) Когда дует ветер и колесо  $H$  поворачивается от  $и$  к  $у$ , то отверстие  $у$  у трубки  $иу$  опускается и через него ртуть выливается из трубки в узкий ящичек  $NN$ , а оттуда через отверстие  $K$  стекает в тот ящичек компаса, который будет соответствовать стороне, откуда дует ветер. При перемене ветра ртуть, в соответствии с наклоном отверстия  $у$ , будет вытекать в ящички компаса, соответствующие сторонам, откуда будет дуть переменный ветер. Когда шкала будет исчерпана и ртути в трубке уже почти не останется, то колесо  $H$  возвращают к исходному положению вышеописанным способом, трубку  $иу$  наполняют вновь ртутью через соответственную воронку и отверстие  $K$  тотчас же затыкают. Из каждого ящичка компаса ртуть особо выливается через краники в трубку того же диаметра, что и трубка  $иу$ ; по размеченной на равные градусы разной высоте ртути определяются разные ее количества. Наконец, открывают отверстие  $K$ ,



anno a sedulo observatore sine incommodo observari et determinari poterunt directiones et quantitates aëris praeterlabentis, quod maximum emolumentum meteorologiam colentibus afferre posse nemo inficiabitur.

---

чтобы ртуть из стеклянной трубки опять могла стекать через ящичек *NN* в ящички компаса. А так как количество ртути в трубке *иу* пропорционально числу градусов, нанесенных на каждой части, что явствует из самой конструкции, то, следовательно, по различному количеству ртути, находящейся в ящичках, будет видно, сколько воздуха и с какой стороны протекло мимо за данное время. Таким образом, прилежный наблюдатель с удобством может заметить и определить для каждого дня, месяца и для целого года направления и количества протекающего воздуха. Никто не станет отрицать, что это может принести величайшую пользу тем, кто занимается метеорологией.




*11*

DISSERTATIO  
DE GENERATIONE ET NATURA NITRI

---

[ДИССЕРТАЦИЯ  
О РОЖДЕНИИ И ПРИРОДЕ СЕЛИТРЫ]



Tanti est in Chymia principiorum cognitio, quanti sunt principia ipsa in corporibus.

### PROLEGOMENON<sup>a</sup>

Inter corpora, quae apud Chymicos salium nomine celebrantur, Nitrum est, quod multiplici usu, praesertim vero in pulvere pyrio stupendo et fulmen imitante effectu eminent. Unde Spagiricos naturae scrutatores maximam operam<sup>b</sup> in ejus principiis explorandis collocasse<sup>c</sup> mirum non est. Incitabat enim tanti miraculi cognitio; pulcherrima vero phaenomena operibus socia et producta salutaria ultro ad labores provocabant. Nec felici successu conatus caruere: siquidem mixtionem hujus<sup>d</sup> corporis et generationis modum multis iisque certissimis experimentis et observationibus a Chymicis, qui hoc et proximo saeculo claruerunt, heroibus, erutum et in aprico positum habemus, nec quid amplius desiderari videtur, nisi ut ea, quae improbo labore in lucem et diem prodixerunt, concinniore et ad Geometricam accedente methodo digerantur; praesertim vero elastica vis nitri, cum carbonibus accensi, quam empirici Chymiae scriptores intactam<sup>e</sup> praeterire solent, ex ipsius natura et Physicis experi-

---

<sup>a</sup> В черновике работа озаглавлена *Dissertatio de nitro. На полях 1-й страницы черновика написано incepti 16 januarii 1749.*

<sup>b</sup> *Зачеркнуто in ejus quam.*

<sup>c</sup> *Зачеркнуто concreti.*

<sup>d</sup> *Зачеркнуто non pertaesum est unquam.*

<sup>e</sup> *В черновике inoratum.*

---

*Перевод Б. Н. Меңшуткина*

Столько же значит для химии познание  
начал, сколько для тел — самые начала.

## ПРЕДИСЛОВИЕ<sup>а</sup>

Среди тел, которые химики называют солями, особенно выдается селитра многообразным применением, а особенно изумительным, подражающим молнии, действием, которое она производит в огнестрельном порохе. Поэтому неудивительно, что спагирики,<sup>1</sup> исследовавшие природу, положили огромный труд на изучение начал селитры. Их побуждало к этому стремление познать такое чудо; а сопутствовавшие их трудам прекраснейшие явления и полезные продукты толкали их к дальнейшим работам. И попытки их не остались безуспешными: в настоящее время состав и способ рождения этого тела раскрыты и освещены многими весьма точными опытами и наблюдениями героев химии, прославившихся в этом и прошедших веках. И казалось бы, что нечего больше желать, — разве, чтобы результаты их великих трудов, выяснивших это, были систематически разработаны более стройным, приближающимся к геометрическому, методом; особенно же, чтобы упругость селитры, сгорающей в смеси с углем, которой химические писатели-эмпирики обыкновенно и не затрагивают, была объяснена

---

<sup>а</sup> В черновике работа озаглавлена Диссертация о селитре. На полях 1-й страницы черновика написано начато 16 января 1749.

mentis explicetur.<sup>a</sup> Quamvis autem utrumque arduum esse videatur, cum nec ad mixtionem et generationem ejusmodi corporum explicandam ulla principia in generali Physica hactenus constituta sint, nec multa Physicorum experimenta cum desiderato successu<sup>b</sup> in<sup>c</sup> Chymicis adhibita reperiantur; nos tamen maximam partem Chymiae, propriis ejusdem fundamentis, in Physicam vixdum receptis, innixam,<sup>d</sup> scientifico rerum contextu exponi posse existimamus et Physicas veritates cum Chymicis conjungi, eoque abditam corporum naturam<sup>e</sup> feliciter aperiri posse non dubitamus. Connexis severiore inter se methodo Chymicis veritatibus, ita ut pateat, quantum una per alteram explicari aut demonstrari possit, ipsa per se scientia erit Chymia; tandem vero clarius perspici poterit, quid reliquae naturalis scientiae partes ad illam illustrandam conferant, quantumque ipsa mutuum illis officium praestet. Quo facto praestantissima haec doctrina nobile membrum in corpore Physico tandem constituet.

Horum specimen dare in concinnando isto opusculo constituimus, idque circo primum mixtionem et genesim nitri ex chymicis fundamentis<sup>f</sup> deducimus, ac tandem cum illius natura Physica phaenomena conjuncta ad elasticam ejusdem vim explicandam adhibemus. Hinc tria resultant capita: primum, quo in mixtionem nitri inquiritur: ea enim cognita, generationem

<sup>a</sup> Зачеркнуто <Quod quamvis> Id omnino quamvis arduum esse videatur, cum hac ratione mixtio et generatio nitri explicata inter physices cepita referenda putetur, nos tamen maximam partem chymiae propriis ejusdem fundamentis innixam geometris usitato rerum contextu exponi posse existimamus. На полях против слов maximam partem приписано и также *зачеркнуто* quod nemo eruditorum hactenus consecutus est.

<sup>b</sup> Зачеркнуто a quopiam.

<sup>c</sup> Зачеркнуто physiciis.

<sup>d</sup> Зачеркнуто geometris usitato.

<sup>e</sup> Зачеркнуто <facilius investiga[ri]> facilius <patefi[eri]> aperiri.

<sup>f</sup> Зачеркнуто experimentis.

исходя из природы самой селитры и из физических опытов.<sup>а</sup> Хотя и то и другое кажется трудным, так как до сих пор не заложено никаких оснований в общей физике для объяснения рождения и состава такого рода тел, и мало можно найти удачных приложений физических опытов к химии, мы тем не менее считаем возможным<sup>б</sup> в научной связи изложить наибольшую часть химии, обосновав ее на собственных ее положениях, принятых недавно в физике; мы не сомневаемся, что можно легче распознать скрытую природу тел, если мы соединим физические истины с химическими.<sup>в</sup> А когда все химические истины будут объединены более строгим методом и будет ясно, насколько одна истина может быть объяснена или выведена из другой, то химия сама по себе будет наукой; и можно будет наконец более ясно видеть, что дают разные отделы других естественных наук для ее выяснения и насколько она сама оказывает ту же услугу им. После этого такое хорошо разработанное учение сделается почетным членом сообщества физических наук.

Мы хотим дать образчик всего этого в предлагаемом произведении и для того, во-первых, выводим из химических<sup>в</sup> положений состав и рождение селитры, а затем применяем физические явления, связанные с ее природою, для объяснения ее упругости. Отсюда проистекают три главы: в первой мы изучаем состав селитры; выяснив его, мы считаем уже нетрудным объяснить рождение ее, что составляет предмет второй главы; в третьей говорится о взрывной силе селитры.

<sup>а</sup> *Зачеркнуто* Хотя это кажется трудным, так как такое объяснение состава и зарождения селитры должно быть отнесено к одной из глав физики, все же мы полагаем, что большая часть химии может быть изложена, исходя из ее собственных оснований, в принятой у геометров последовательности вещей. *На полях приписано и также зачеркнуто* Чего еще не достиг ни один из ученых.

<sup>б</sup> *Зачеркнуто* в геометрической.

<sup>в</sup> *Зачеркнуто* экспериментов.



ipsius non ita arduam explicatu fore censemus, quam ideo in altero capite<sup>a</sup> enodamus. Tertium caput expansivam nitri virtutem exponit. Fundamenta vero Chymica, quibus explicacionem hujus thematis superstruimus, sequentia sunt.

### Fundamentum I<sup>b</sup>

*Corpus mixtum ex illis miscibilibus constat, in quae resolvitur per Analysim et ex quibus per Synthesim componitur.*

Asserti veritas ex idea totius et partium clarissime percipitur, nec demonstratione ulla indiget. Monemus tamen in Chymicis Synthesim nonnunquam<sup>c</sup> certiores esse Analysim, imo solam ad demonstranda miscibilia sufficere. Illam vero in mixtis, quorum miscibilia ipsa sunt corpora mixta, nonnunquam pro ratione mediorum, quae ad miscibilia secernenda adhibentur, non ita esse tutam, cum pro eorum diversitate diversa miscibilia exhibeat. Ita destillatione vegetabilium longe alia miscibilia eliciuntur, quam quae eorundem fermentatio s'stitit. Verumtamen cum synthesi concurrens non parum auctoritatis illi adfert, magnam acquirit sibi.

<sup>a</sup> Зачеркнуто recenseamus.

<sup>b</sup> Зачеркнута первоначальная редакция:

Corpora mixta omnium <naturae> regnorum naturae constant ex iisdem miscibilibus et differunt sola mixtione. Veritatem hujus theseos ut quotidiana experientia, ita quoque fidissima experimenta chymica manifesto indicant. Vegetabilia enim per nutritionem in animale substantiam transmutari nemo dubitat; et <a hac> plantarum vegetationem animalium excrementis et ipsis partibus eorum putrefactis promoveri notissimum est; mineralium per carbones animales et vegetabiles ex calcibus in pristinam formam reductio, sulphuris ex acido ☉li per carbonum admixtionem regeneratio, ex plantarum cineribus elicita metalla, lapidum in visceribus animalium concretio, vitrificatio cinerum ex regno animali et vegetabili, omnium vero corporum exhalationes a calore, fermentatione et combustionem profectae, per aërem diffusae plantis atque animalibus absorbtae et in succum et sanguinem conversae <misc. . .> principiorum per omnia naturae regna palam loquuntur.

<sup>c</sup> Зачеркнуто tutiorem.

Химические положения, на которых мы строим развитие указанной темы, таковы:

### Положение I<sup>a</sup>

*Смешанное тело сложено из тех составляющих, на которые оно разлагается анализом и из которых образуется синтезом.*

Справедливость этого вполне очевидна из представления о целом и его частях и не требует какого-либо доказательства. Напомним лишь, что в химии синтез нередко более достоверен, чем анализ, и даже только он один достаточен для показания составляющих; анализ же не столь надежен по отношению к смешанным телам, составляющие которых сами представляют собою смешанные тела: сообразно с различием средств, применяемых для разделения составляющих, могут быть обнаружены различные составляющие. Так, при сухой перегонке растений извлекаются далеко не те составляющие, которые обнаруживает их сбраживание. Но в сочетании с синтезом анализ придает ему немало веса и много приобретает сам.

<sup>a</sup> *Зачеркнута первоначальная редакция* Смешанные тела всех царств природы состоят из одних и тех же составляющих и различаются только их смешением. Истинность этого положения явно подтверждается как повседневным опытом, так и достовернейшими химическими экспериментами. Никто ведь не сомневается, что растительные вещества в процессе питания превращаются в животную субстанцию; а произрастанию растений, как это общеизвестно, способствуют отбросы животных и самые их разложившиеся части; о [смешении?] начал прямо говорить восстановление в первоначальную форму материалов из известей через животные и растительные угли, возрождение серы из серной кислоты через примешивание углей, извлечение металлов из золы растений, вырастание камней во внутренностях животных, остекловывание золы животного и растительного происхождения, испарения всех тел, вызываемые теплотой, брожением и сжиганием, распространяющиеся по воздуху, поглощаемые растениями и животными и превращающиеся в сок и кровь.

## Fundamentum II

Sublata vel debilitata vel quomodocunque immutata vi cohaesionis inter particulas mixtorum corporum ignis<sup>c</sup> nil ulterius praestare potest, nisi aër aut aqua, seorsim vel simul, succurrant; quae liberas a vinculis particulas distrahunt, transferunt et aliis interponunt. Itaque ignis proprium est inter particulas cohaesionem mutare, aëris vero et aquae situm. Primum itaque est quasi instrumentum, reliqua duo vehicula sunt. Haec qua circumspectione in usum vocanda sunt, paucis hic monemus.

## § 42

Duobus modis aër corporibus mixtis associatur, ambiendo superficieique illorum incumbendo aut poros occupando. In hoc igitur statu internus, in illo externus vocandus est.<sup>d</sup> Utriusque non exiguus est influxus in phaenomena chymica.

## § 43

Externus, cum stagnans ad superficiem corporis, ope ignis,<sup>e</sup> transpositis propriis particulis, mixtionem non raro mutat; tum

<sup>a</sup> Зачеркнуто aut.

<sup>b</sup> Зачеркнуто ex.

<sup>c</sup> Зачеркнуто aut utrumque simul succurrat, quae liberas.

<sup>d</sup> Зачеркнуто Utriusque in phaenomena chymica influxum parum advertunt practici Chymiae cultores, quamvis <non> non pauca hic ut.

<sup>e</sup> Зачеркнуто mixtionem.

## § 40

Для пламени надо учитывать различие горючего материала: является ли таковым дерево, или уголь, — и уголь каменный или древесный, и из какого дерева. Ибо от того, каким будет горючее: плотным или рыхлым, жирным или тощим, сухим или влажным, а самое пламя чистым или коптящим, — от этого, при прочих равных условиях, явления часто изменяются.

## § 41

Уничтожив или ослабив или каким бы то ни было образом изменив силу сцепления между частицами смешанных тел, огонь не может больше ничего сделать, если не окажут содействия вода или воздух, отдельно или совместно; они удаляют друг от друга, переносят и обменивают местами освободившиеся от взаимной связи частицы. Итак, огню свойственно изменять сцепление между частицами, а воздуху и воде — их расположение. Таким образом, первый — как бы орудие, а вторые два — носители. Укажем здесь в немногих словах, с какой осмотрительностью надо ими пользоваться.

## § 42

Воздух соединяется со смешанными телами двояким образом: или обтекая их и налегая на их поверхность, или занимая поры их. В последнем случае его надо назвать внутренним, в первом — наружным.<sup>a</sup> Влияние и того и другого на химические явления немалое.

## § 43

Наружный воздух, как находясь в неподвижности у поверхности тела, нередко изменяет состав тела, после пере-

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* Влияние того и другого на химические явления недостаточно учитывают деятели практической химии, хотя и не мало здесь.

motus peregrinas particulas, quas secum vehit, illi apponit, aut proprias ipsi abreptas secum aufert,<sup>a</sup> vel utrumque simul praestat.<sup>b</sup> Quo autem motus rapidior est, eo accessus peregrinarum vel decessus propriarum particularum est<sup>c</sup> major.

#### § 44

Particulae, quas aër motus ad mixtum affert, vel ex atmosphaera ipsa advehuntur, vel a Chymico arte suppeditantur. Priorres pro ratione tempestatis, natura et situ loci, et pro habitantium copia, atque circumjacentium officinarum, differunt; posteriores<sup>d</sup> naturam alimenti, ad ignem fovendum sumpti, vel corporis, ad experimentum consulto adhibiti, sequuntur. Utrobique circumspectus sit Chymicus, necesse est: 1) ne semper accessum aëris ex uliginosis locis, aestivo tempore, vel ex vicinia, ubi multum sulphur ex metallis igne urgetur, pro eodem habeat, quem sicciore et puriores suggerunt<sup>e</sup> auras; 2) ne id, quod adventitium est ex alimento ignis aut ex alio<sup>f</sup> corpore vicino, proprium esse censeat.

#### § 45

Internus aër, cum in poris corporum stagnet, subtilioribus illius particulis imbutus sit, necesse est; praesertim, si corpus fuerit odorem. Idcirco, quamprimum particulae corporis a cohaesione solvuntur, distrahuntur et internus aër cum externo miscetur, particulas subtiliores ex mixto exhalare, atque adeo non contemnendas qualitatum mutationes inde sequi necesse est.

<sup>a</sup> Зачеркнуто In utroque casu, quo motus rapidior est.

<sup>b</sup> Зачеркнуто et.

<sup>c</sup> Зачеркнуто copiosior.

<sup>d</sup> Зачеркнуто vel.

<sup>e</sup> Зачеркнуто vent[i].

<sup>f</sup> Зачеркнуто <opposito> <in vicinia> in <auras> aërem ibidem <resoluto> abeunte.

мещения собственных частиц последнего при помощи огня,— так и находясь в движении, приводит к нему посторонние частицы, приносимые с собою, или уносит с собою оторванные собственные частицы тела, или производит одновременно и то и другое. И чем быстрее движение воздуха, тем больше приходит посторонних частиц или уходит собственных частиц тела.

#### § 44

Частицы, которые приносит движущийся воздух смешанному телу, или берутся из самой атмосферы, или искусственно доставляются химиком. Первые различаются в зависимости от погоды, природы и положения места, населенности его и нахождения вблизи фабричных заведений; вторые зависят от природы горючего, применяемого для поддержания огня, или от природы тела, специально взятого для опыта. Необходимо, чтобы химик был в обоих случаях осмотрителен: 1) чтобы не считал одинаковым действие воздуха болотистых мест летней порою или мест, по соседству с которыми выжигается много серы из металлов, и действие более сухого и чистого воздуха; 2) чтобы не принимал того, что присоединилось из горючего материала или из другого соседнего тела,<sup>a</sup> за присущее самому телу.

#### § 45

Внутренний воздух, задерживаясь в порах тела, по необходимости должен напитываться более тонкими частицами его, особенно если тело будет пахучим. Поэтому, как только частицы тела освобождаются от взаимного сцепления, рассеиваются, и внутренний воздух смешивается с наружным, более тонкие частицы должны улетать из смешанного тела, и отсюда должны воспоследовать значительные изменения качеств.

---

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* расходующегося там же в воздух.

## § 46

Porro internus aër, ex corporibus resolutis liber factus vaporibusque subtilibus turgidus, non raro stupendum quantum spacium occupat, atque<sup>a</sup> validam vim in obstantia exercet. Caveat ergo Chymicus, ne ille inclusus et exitum quaerens vasa, cum damno operae, sumptus aut etiam sanitatis, rumpat.

## § 47

Aquarum plures dari species, varietate corporum, quibus<sup>b</sup> impraegnata sunt, distinctas, experientia docuit. Alia enim indoles in pluvia, alia in fluviatili, alia in fontana deprehenditur. Pluvia, cum ex alto per athmosphaeram cadit, obvios vapores sulphureos et salinos in se<sup>c</sup> recipit. Idcirco, si aestate, per aliquot dies soli exposita, stagnaverit, muscum virentem gignit; plantis item alimentum praebet etc. Fluviatilis aqua salinas particulas ex terra, ex fermentatis, putrefactis et combustis corporibus elutas et confluentibus undique rivis congestas, continet; quarum copia in residuo detegitur, ubi purus aqueus vapor calore in<sup>d</sup> auras dissipatus est. Fontana plerumque et fere semper mineralia, in montibus resoluta, secum vehit, quae non raro gustu, imo etiam olfactu deteguntur.

## § 48

Hae variationes quantum Chymicos effectus turbent, etiam ex technica Chymia satis constat, cum artifices, ex. gr. tinctores, Zythopepsae etc., non qualibet aqua adhibita, aequales successus in arte sua experiri querantur. Nos igitur in examine

<sup>a</sup> Зачеркнуто miram.

<sup>b</sup> Зачеркнуто imb[uta].

<sup>c</sup> Зачеркнуто rapit.

<sup>d</sup> Зачеркнуто aquas.

## § 46

Затем, внутренний воздух, освободившийся из распавшихся тел и наполненный тонкими парами, нередко занимает поразительно громадное пространство и обладает большой силой воздействия на встречаемые препятствия. Пусть поэтому химик остерегается, чтобы заключенный и ищущий выхода воздух не разорвал сосуды с ущербом для труда, денежных средств и даже здоровья.

## § 47

Опыт показывает, что существует несколько видов воды, различающихся находящимися в них телами. У дождевой воды наблюдаются одни свойства, у речной — другие, у родниковой — третьи. Когда дождь с высоты падает через атмосферу, то принимает в себя встречающиеся сернистые и соляные пары. Поэтому если вода постоит летом несколько дней на солнце, то производит зеленеющую тину; она доставляет также пищу растениям и т. д. Речная вода содержит соляные частицы, вымытые из земли, из бродящих, гниющих и сгоревших тел, принесенные текущими отовсюду ручьями; много этих частиц обнаруживается в остатке, когда чистый водяной пар от теплоты рассеялся в воздухе. Родниковая вода очень часто, почти всегда, несет с собою растворенные в горах минералы, которые нередко можно открыть по вкусу, иногда даже по запаху.

## § 48

Сколько эти примеси причиняют нарушений в химических действиях, достаточно известно из технической химии: так, красильщики, пивовары и другие ремесленники жалуются, что в их искусстве нельзя достигнуть одинаковой степени совершенства, пользуясь любой водою. Нам надлежит поэтому



chymico, ad physicam mixtorum cognitionem assequendam instituto, purissima, ut inveniri vel parari possit, aqua uti oportet, si non nosmet ipsos in detegendis naturae arcanis deceptos<sup>a</sup> esse velimus.

### § 49

Quibus artificiiis aquae sint depurandae, inferius docetur. Ex naturalibus vero purior est reliquis, quae ex nive, ab<sup>b</sup> omni pulvere immuni, comparatur, praesertim, quae post acutum gelu tranquillo caelo decidit. Constricta enim rigore hyemis et nive obtecta terrae superficies, vapores salinos aut inflammabiles, ut aestate, exhalat. Secundum locum tenet aqua<sup>c</sup> fluviatilis, quae media hyeme sub glacie fluit. Tum enim non pluvia incitati rivi elutis sordibus, non venti concitato pulvere reddunt eam turbulentam et salina substantia impraegnata; sed ex terra expressam et per arenosa littora transcolatam haurimus. Tertium locum meretur aqua pluvia. Reliquae aquae sine examine et depuratione adhiberi non possunt.

### § 50

Officio, quod aqua in mutanda corporum mixtione praestat, inde vel maximum pondus accedit, quod in plerisque corporibus ipsa sit praecipuum miscibile, ita, ut, ea<sup>d</sup> subtracta, facies eorum prorsus immutetur. Quamobrem aqua, quae ut medium adhibetur, probe distinguenda est ab ea, quae in corpore ipso, prout miscibile, existit, et nonnihil de reliquis miscibilibus, quibuscum mixtum constituit, participat.

<sup>a</sup> Зачеркнуто quandoquidem onus.

<sup>b</sup> Зачеркнуто cand[ida].

<sup>c</sup> Зачеркнуто fluviat[ili] pluvia, quae in experimentis circa s...

<sup>d</sup> Зачеркнуто ipsis.

при химическом исследовании, предпринимаемом для физического познания составных частей, применять самую чистую воду, какую только можно найти или приготовить, если мы не желаем обмануться при раскрытии природных тайн.

### § 49

Какими способами надо очищать воды, будет преподаано ниже. Из природных вод чище прочих приготовленная из снега, не загрязненного пылью, особенно из того, который падает после жестокого мороза при тихой погоде, ибо поверхность земли, скованная свирепостью зимы и покрытая снегом, испускает соляные и горючие пары, как летом. На втором месте стоит речная вода, текущая подо льдом в середине зимы. В это время ни порожденные дождями ручьи содержащимся в них загрязнением, ни ветры поднятой ими пылью не делают ее мутной, насыщенной соляным веществом; но мы ее черпаем вышедшею из земли и процеженной через песчаные берега. Третье место занимает дождевая вода. Прочие воды нельзя применять без исследования и очищения.

### § 50

Действие, производимое водою при изменении состава тел, еще значительно усугубляется оттого, что она сама в очень многих телах — главнейшая составная часть, так что после ее удаления они совершенно меняют свой вид. Поэтому вода, применяемая в качестве средства, должна строго различаться от той, которая существует в самом теле как составная часть и имеет немалое значение среди остальных составных частей, вместе с которыми она образует смешанное тело.

## § 51

Atque haec sunt vera et genuina media, sine quibus omnibus, vel saltem duobus, nulla in mixtione corporum mutatio produci potest. Praeterea aliis auctoribus numerantur multo plura et fere infinita media chymica, tot nempe, quot sunt species corporum mixtorum, quatenus ea se invicem ignis, aëris<sup>a</sup> et aquae<sup>b</sup> auxilio aggrediuntur. Sed ea hic describere atque explanare est mihi idem, ac Chymiam integram in prolegomenis ejus ante ipsam proponendam proponere. Quamobrem, quomodo mixta et miscibilia varia in se invicem agant, proprio cujusque loco<sup>c</sup> ostendendum judicavimus.<sup>d</sup>

## CAPUT 4

## DE OPERATIONIBUS CHYMICIS

## § 52

Operationes Chymicae sunt modi, quibus per concursum mediorum chymicorum immutantur corpora mixta, quatenus

<sup>a</sup> Зачеркнуто aut.

<sup>b</sup> Зачеркнуто ore.

• Зачеркнуто <proponendum judica[vimus]> pertractand[um].

<sup>d</sup> Зачеркнуто <quae sint verae operationes atque genuinae quaequae adventitiae>. De modis quibus mixta immutantur.

## § 52

<Omnes mixtionis mutationes ad quatuor genera referuntur et quidem; 1) si quid accedat, 2) si quid decedat, 3) si utrumque simul fiat>. <Omnes mutationes, quae in mixtione fiunt, quatuor modis contingere possunt: 1) per accessum, quando aliquid miscibile augetur vel novum additur; 2) per decessum, quando aliquid miscibile minuitur, vel prorsus subtrahitur>.

Omnes mutationes, quae in mixtione fiunt, septem modis tantum contingere possunt: 1) per accessum, quando novum heterogeneum miscibile additur; 2) per decessum, quando miscibile aliquid detrahitur; 3) per incrementum, quando miscibili homogeneo augetur; 4) per decrementum, quando miscibile aliquid decrescit; 5) per substitutionem, quando expulso

## § 51

Таковы действительные и настоящие средства, без которых — всех, или по крайней мере двух из них, — не может произойти никакое изменение в смешении тел. Сверх них, другие авторы называют гораздо большее, почти бесконечное число химических средств, именно столько, сколько имеется разновидностей смешанных тел, которые действуют друг на друга при помощи огня, воздуха и воды. Но описывать и объяснять их все мне представляется тем же самым, что излагать всю химию в предисловии к ней до изложения ее самой. Поэтому мы решили, что описать взаимодействие смешанных тел и различных составных частей надо для каждого в своем месте.<sup>a</sup>

## ГЛАВА 4

О ХИМИЧЕСКИХ ОПЕРАЦИЯХ<sup>b</sup>

## § 52

Химические операции — это способы, которыми при содействии химических средств изменяются смешанные тела,

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* «Какие операции являются истинными и подлинными и какие привходящими».

О способах, которыми изменяются смешанные тела.

## § 52

«Все изменения смешанного тела сводятся к четырем видам, а именно: 1) когда чего-нибудь прибавляется, 2) когда чего-нибудь убавляется, 3) когда происходит одновременно и то и другое».

«Все изменения, возникающие в смешанном теле, могут происходить четырьмя способами: 1) через прибавление, когда какая-нибудь составная часть увеличивается или добавляется новая; 2) через убавление, когда какая-нибудь составная часть уменьшается или вовсе удаляется. Все изменения, возникающие в смешанном теле, могут происходить только семью способами: 1) через прибавление, когда присоединяется новая инородная составная часть; 2) через убавление, когда удаляется какая-нибудь составная часть; 3) через приращение, когда тело увеличивается какой-нибудь однородной частью; 4) через убывание, когда убывает какая-нибудь составная часть; 5) через замену, когда по удалении.

mixta sunt. Per hanc definitionem facile discernere possumus, quae sint verae operationes chymicae, atque genuinae, quaeque auxiliares tantum. Priores enim vel (1) miscibilia separata conjungunt in mixtum, vel (2) mixta separant in miscibilia, sive (3) simul utrumque praestant aut (4) quantitatis rationem in miscibilibus mutant, seu denique (5) particularum situm in mixtione transponunt. Ubique autem qualitas particularis una aut plures alterantur. Posteriores nil istiusmodi praestant, sed in aptandis corporibus ad veras opem ferunt.

### § 53

Genuinas operationes chymicas dividimus in genericas et speciales, seu in primarias et subalternas. Genericae numerantur nobis sex: *relaxatio*, *concretio*, *solutio*, *praecipitatio*, *digestio* et *sublimatio*. Subalternae seu speciales sunt numero plures, quarum pleraeque non pro varietate modi, quo fiunt, sed pro diversitate materiae a Chymicis fictae sunt. Idcirco, exclusis superfluis,<sup>a</sup> potiores sub primariis recensemus suo quamque loco.

### § 54

Relaxatio est cohaesionis inter particulas corporis debilitatio aut etiam destructio. Hoc operationis genus merito constituimus atque reliquis praemittimus, cum (1) palmariam qualitatum particularium in corporibus mutet et (2) viam ad mixtionem alterandam aperiat, atque (3) vim cohaesionis variam inter particulas in plerisque corporibus indicet.

### § 55

Mutatur relaxatione potissimum situs particularum mixti (§ 52 n. 5); quamvis aliae alterationes non raro contingunt,

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* Mercurificatio.

поскольку они являются смешанными. При помощи этого определения мы можем легко различить, какие химические операции — основные и главные, и какие — лишь вспомогательные. А именно, первые или 1) соединяют отдельные составляющие в смешанное тело, или 2) разделяют смешанное тело на составляющие, или 3) одновременно делают и то и другое, или 4) изменяют отношение количества составляющих, или, наконец, 5) перемещают расположение частиц в смешении. Во всех случаях изменяются качества частные — одно или несколько. Вторые операции не производят ничего подобного, но способствуют приготовлению тел для основных операций.

### § 53

Основные химические операции мы разделяем на общие и специальные, или на первичные и второстепенные. Мы насчитываем шесть общих: *разрыхление, уплотнение, растворение, осаждение, дигерирование, возгонку*. Второстепенных или специальных насчитывается несколько, и большинство их придумано химиками не вследствие различного образа их действия, но по разнообразию материи. Исключив из них все лишнее, мы рассмотрим важнейшие из них вместе с первичными, каждую на своем месте.

### § 54

Разрыхление есть ослабление или даже разрушение сцепления между частицами тела. Этот род операции мы с полным основанием вводим и предпосылаем другим, так как: 1) он изменяет главное из частных качеств в телах, 2) открывает дорогу к изменению смешения и 3) указывает различия силы сцепления между частицами в большинстве тел.

### § 55

При помощи разрыхления больше всего изменяется положение частиц смешанного тела (§ 52, п. 5), хотя и другие

pro ingenio diversarum specierum, quae sunt numero quinque: *liquefactio, emollitio, dilutio, calcinatio, praeparatio.*

### § 56<sup>a</sup>

Liquefactio est corporis<sup>b</sup> solidi in liquidum transmutatio, vi ignis facta.<sup>c</sup> Exemplum vulgare est apud aurifabros et plerosque alios artifices, qui praecipue circa metalla fundenda occupantur. Hujus operationis auxilio nexus particularum maxime debilitatur, et duo vel plura corpora heterogenea in unum mixtum facile confunduntur vel mixto separantur.

### § 57

Emollitio dicitur corporis duri in molle transmutatio, calore producta, estque gradus quidam ad liquefactionem; nec aliam ob causam ab ea distinguenda, nisi quod aliquando natura duorum corporum miscendorum non ferat, ut per liquefactionem uniantur: quippe eo ignis vigore subtilissimae atque optimae in usus particulae in auras avolant.<sup>d</sup>

### § 58

Dilutio<sup>e</sup> vocatur corporis liquidi spissioris in tenue liquidum conversio<sup>f</sup> affuso aqueo humore copiosiore vel alio liquore,

<sup>a</sup> В начале параграфа зачеркнуто Congelatio est corporis liquidi in solidum reductio <diminuto ignis grad[u]> vi ignis diminuta.

<sup>b</sup> Зачеркнуто liq[uidi].

<sup>c</sup> Приписано на полях и зачеркнуто Exemplum fusio metallorum praebet.

<sup>d</sup> Зачеркнуто Commixtio ejusmodi mollium, quae subigendo perficitur malaxatio apud Phàrmacopaeos audit, qui quotidianum fere exemplum sistunt.

<sup>e</sup> Dilutio написано вместо зачеркнутого Calcinatio.

<sup>f</sup> Зачеркнуто actione ignis.

изменения происходят довольно часто, в зависимости от характера различных видов этой операции, которых числом пять: *расплавление, размячение, разведение, прокаливание и препарация.*

### § 56.<sup>a</sup>

Расплавление есть превращение твердого тела в жидкое, производимое силою огня.<sup>b</sup> Обычный пример мы видим у золотых дел мастеров и многих других ремесленников, которые имеют дело главным образом с плавлением металлов. При помощи этой операции наиболее ослабляется связь между частицами, и два или больше разнородных тела легко соединяются в одно или, будучи смешаны, разделяются.

### § 57

Размячением называют изменение, при помощи теплоты, жесткого тела в мягкое; оно есть как бы некоторая ступень к расплавлению. Его надо отличать от расплавления лишь потому, что иногда природа двух тел, подлежащих смешению, не допускает их соединения расплавлением, — ибо при такой силе огня тончайшие и способнейшие к действию частицы улетают в воздух.<sup>b</sup>

### § 58

Разведением зовется превращение жидкого тела более густого в тонкую жидкость<sup>r</sup> путем прилигия более значительного количества водной влаги или иной жидкости, одно-

---

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* Застывание — это превращение жидкого тела в твердое при уменьшении силы огня.

<sup>b</sup> *Приписано на полях и зачеркнуто* Примером служит плавление металлов.

<sup>b</sup> *Зачеркнуто* Смешение такого рода размяченных тел, производимое замешиванием, носит название малаксации у фармацевтов, которые показывают примеры этого почти ежедневно.

<sup>r</sup> *Зачеркнуто* действием огня.



quod<sup>a</sup> est homogeneous unius miscibilis corporis diluendi. Id autem multifarii est usus: nam corpora perfecte liquida facilius commiscentur, heterogenea graviora citius ad fundum demittunt, et ex plus justo potentibus fiunt mitiora. Exempla saepe occurrunt apud docimastas et chalcographos, qui aquas fortes aqua diluere solent, ut mitiores factae accuratos magis effectus producant.

### § 59

Calcinatio est corporis solidi vel etiam liquidi in pulverem transmutatio, vi ignis facta. Vulgare exemplum videre est apud statuarios, qui pro fingendis imaginibus alebastrum vi ignis in pulverem<sup>b</sup> redigere solent. Operationis istius ope cohaerentium particularum fit omnimodum divortium, et facilis aperitur aditus heterogeneis in consortium recipiendis.

### § 60

Praeparatio est corporis solidi, rigidi, per ignitionem et in aqua extinctionem, aliquoties repetitam, adjuvante trituratione, in pulverem reductio. Hac methodo rigidissimorum etiam lapidum pertinacia frangitur, et alias indomita eorum natura mitis et tractabilis redditur. Exempla praebent gemmarii, qui smiridem ad poliendos lapides parant modo praescripto.

### § 61

Concretio fit, quando particulae corporis mixti ex statu laxae vel prorsus solutae cohaesionis in statum firmioris mutui nexus copulantur. Oppositum hoc operationis genus est priori. Relaxatio plerumque initium totius experimenti, concretio finis existit; illa aperit, haec claudit.

<sup>a</sup> Зачеркнуто diluendo.

<sup>b</sup> Зачеркнуто album reducent.

родной одной из составных частей подлежащего разведению тела. Его применение очень многообразно, ибо тела совершенно жидкие легче смешиваются, скорее осаждают на дно инородные более тяжелые части и из чрезмерно сильно действующих делаются более мягкими. Примеры часто наблюдаются у пробирных мастеров и граверов на меди, которые разбавляют водою крепкие водки, чтобы, смягчившись, они производили более тонкие действия.

### § 59

Прокаливание есть перевод твердого или жидкого тела в порошок силою огня. Обычный пример можно видеть у ваятелей статуй, которые для изготовления изображений превращают силою огня алебастр в <sup>а</sup> порошок. При помощи этой операции достигается совершенное расторжение сцепленных частиц и открывается легкий доступ инородным телам, которые должны быть присоединены.

### § 60

Препарация есть превращение в порошок твердого крепкого тела, путем обжигания и гашения водою, повторенных несколько раз, при содействии растирания. Этим способом можно сломить упорство самых твердых камней, и их неподдающаяся иными средствами природа делается мягкой и допускающей обработку. Примеры доставляют ювелиры, которые описанным выше способом готовят наждак для полировки камней.

### § 61

Уплотнение состоит в том, что частицы смешанного тела из состояния слабого или вовсе уничтоженного сцепления переводятся в состояние более тесной взаимной связи. Эта операция противоположна предыдущей. Обычно разрыхление составляет начало всего опыта, а уплотнение — конец его; первое открывает, второе заключает его.

<sup>а</sup> *Зачеркнуто* белый.

§ 62<sup>a</sup>

Species concretionis, quae plerumque etiam in mutatione situs particularum mixti consistunt, numeramus<sup>b</sup> novem: *congelationem, indurationem, inspissationem, crystallizationem, coagulationem, inrigidationem, petrificationem, vitrificationem et recoctionem.*

## § 63

Congelatio est corporis liquidi in solidum reductio, diminuto ignis gradu; exemplo est metallum quodque post fusionem refrigeratum, item aqua congelata. Opponitur haec operatio liquefactioni, et per confusionem unita corpora heterogenea consolidandi officio potissimum fungitur.

## § 64

Induratio est corporis mollis in durum transmutatio.<sup>c</sup> Opponitur emollitioni et fit calore diminuto.

## § 65

Inspissationem vocant liquoris tenuis in densum<sup>d</sup> vel etiam in corpus solidum mutatio[nem], abacto superfluo humore. Hoc autem fit vel calore lento, sine evidenti motu liquoris, vel robustiore igne cum ebullitione. In casu priore evaporatio, in posteriore incoctio audit haec operatio. Exempla vulgaria sunt ad salinas, ubi muria incoquitur, et apud dulciarios, ubi ex succis baccarum<sup>e</sup> inspissatis cupediae praeparantur.

<sup>a</sup> В рукописи §§ с 62 по 65 ошибочно помечены цифрами с 52 по 55.

<sup>b</sup> Зачеркнуто octo.

<sup>c</sup> Зачеркнуто <igne> calore diminuto. Далее приписка на полях, также зачеркнутая quod non raro videre licet apud cerarum confectores.

<sup>d</sup> Зачеркнуто mutatio[nem].

<sup>e</sup> Зачеркнуто cupediae confi[ciuntur].

§ 62<sup>a</sup>

Видов уплотнения, которые по большей части состоят и в перемене расположения частиц смешанного тела, мы насчитываем<sup>b</sup> девять: *застывание, отвердевание, сгущение, кристаллизация, свертывание, закаливание, спекание, остекловывание и отжиг.*

## § 63

Застывание есть переход жидкого тела в твердое при уменьшении степени огня; пример — любой металл, охлажденный после плавления, а также замерзающая вода. Эта операция противоположна расплавлению; она особенно пригодна для перевода разнородных тел, соединенных взаимным сливанием, в твердое соединение.

## § 64

Отвердевание есть превращение мягкого тела в жесткое.<sup>b</sup> Оно противопоставляется смягчению и осуществляется уменьшением огня.

## § 65

Сгущением называют перевод тонкой жидкости в густую, или даже в твердое тело, путем удаления излишней влаги. Оно производится или медленным жаром, без заметного движения жидкости, или более сильным огнем при кипении. В первом случае эту операцию можно назвать выпариванием, во втором — вываркой. Обычные примеры — в солеварнях, где рассолы выпариваются, и у кондитеров, приготовляющих сладости из сгущенного сока ягод.

---

<sup>a</sup> В рукописи §§ с 62 по 65 ошибочно помечены цифрами с 52 по 55.

<sup>b</sup> Зачеркнуто восемь.

<sup>в</sup> Зачеркнуто при уменьшении <огня> жара, что нередко можно видеть у обрабатывающих воск.

## § 66

Crystallizatio fit, quando per evaporationem vel incoctionem corpus liquidum spissius redditum et in loco frigido repositum ad quietem ex parte convertitur<sup>a</sup> in micas solidas angulis praeditas. Hac operatione utuntur Chymici ad corpora solida in liquidis dispersa in arctiorem situm cogenda. Exempla sunt ad salinas et<sup>b</sup> in officinis, ubi<sup>c</sup> nitrum conficitur.

## § 67

Coagulationem appellamus liquoris tenuis in densum vel liquoris densi in corpus solidum molle reductionem, sine evidenti evaporatione factam.<sup>d</sup> Exemplum videmus in ovis coctis et lacte coagulato.

## § 68

Inrigidatio est metalli igniti exstinctio in aqua, ad illud ex corpore ductili in rigidum transmutandum facta. Maximi usus haec operatio apud artifices est, praesertim apud machaeropoeos, nec tamen in Chymia Physica fructu suo carere debet.

## § 69

Vitrificatio<sup>e</sup> fit, quando corpus, quod est in forma pulveris, conflatur vi ignis per liquefactionem in corpus splendidum durum, quod, dum ignitur, molle fit et in fila distrahi potest. Exempla<sup>f</sup> videre licet in officinis vitrariis nec non apud docimastas; item

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* <in grana> in micas solidas, angulares, fragiles, duras, minus ductiles.

<sup>b</sup> *Зачеркнуто* apud.

<sup>c</sup> *Зачеркнуто* Saccharum crystallinum confi[citur].

<sup>d</sup> *Зачеркнуто* quod in.

<sup>e</sup> *Зачеркнуто* est corporis solidi constantis in forma pulveris per liquefacti[onem].

<sup>f</sup> *Зачеркнуто* quotidie.

## § 66

Кристаллизация происходит, когда жидкое тело, сделавшееся более густым от выпаривания или выварки и оставленное спокойно стоять в холодном месте, отчасти превращается в твердые<sup>а</sup> угловатые крупинки. Этой операцией химики пользуются для собирания воедино твердых тел, рассеянных в жидкости. Примеры — на солеварнях и в заведениях, изготовляющих<sup>б</sup> селитру.

## § 67

Свертыванием мы называем перевод жидкости тонкой в густую или густой жидкости в мягкое тело, производимый без заметного выпаривания. Примеры видим в сваренных яйцах и в свернувшемся молоке.

## § 68

Закаливание есть гашение раскаленного металла в воде, для превращения его из ковкого тела в твердое и крепкое тело. У ремесленников эта операция очень часто в ходу особенно у оружейников, но она должна иметь значение и в физической химии.

## § 69

Остекловывание происходит, когда тело в виде порошка силою огня сплавляется через ожигение в блестящее твердое тело, которое при накаливании размягчается и может вытягиваться в нити. Примеры можно<sup>в</sup> видеть у стеклоделов и в лаборатории пробирных мастеров; также у золотых дел

---

<sup>а</sup> Зачеркнуто хрупкие, менее растяжимые.

<sup>б</sup> Зачеркнуто кристаллический сахар.

<sup>в</sup> Зачеркнуто ежедневно.

apud aurifabros, qui monilia, anulos etc. ejusmodi encaustis ornant. Vi hujus operationis multa heterogenea mixta firmo nexu copulantur.

### § 70

Petrificatio est corporis pulverei, in pastam cum aqua subacti (pro lubitu in figuram formati), tandem lente exsiccati, ignis vi in substantiam lapideam coactio. Differt haec operatio a<sup>a</sup> vitrificatione, quod nulla hic fit materiae liquefactio, nec petreum illud productum corpus ignitione fit molle et in fila ductile. Exempla ejus sunt adeo vulgaria apud figulos et laterarios, sed optima apud porcellanorum utensilium fabros. Effectus in producendis mixtis non absimiles adeo sunt eis, quos<sup>b</sup> vitrificatio sistit.

### § 71<sup>c</sup>

Recoctio fit, quando corpus, quod in vitream<sup>d</sup> consistentiam vel in petream reductum est,<sup>e</sup> caloris gradu infra ignitionem proximo tractatur diutius et sensim refrigeratur, ob aequabilem partium cohaesionem inducendam fragilitatemque minuendam. Praeter haec, multa in vitrorum coloribus hac operatione producuntur, non sine jucundo spectaculo.

### § 72

Solutio fit, quando corpus fluidum agit in aliud solidum aut etiam fluidum, ita, ut particulas illius successive a cohaesione

<sup>a</sup> Зачеркнуто crystallisatione.

<sup>b</sup> Зачеркнуто crystallisatio.

<sup>c</sup> Текст § 71 приписан на полях: §§ с 72 по 79 были сначала помечены цифрами с 71 по 78.

<sup>d</sup> Зачеркнуто vel in petream.

<sup>e</sup> Зачеркнуто ignis.

мастеров, которые таким путем украшают эмалью ожерелья, кольца и т. д. При помощи этой операции многие различные смешанные тела сочетаются прочной связью.

### § 70

Спекание есть перевод силою огня в каменистое вещество порошкообразного тела, замешенного с водою в тесто, которому по желанию придана известная форма, и затем медленно высушенного. Эта операция отличается от<sup>a</sup> остекловывания тем, что при этом материя не сжигается и полученное каменистое тело при прокаливании не размягчается и не может вытягиваться в нити. Примеры весьма обыкновенны у гончаров и кирпичников, но наилучшие — у мастеров фарфоровых изделий. Результаты, в смысле образования смешанных тел, сходны с получаемыми при<sup>a</sup> остекловывании.

### § 71<sup>o</sup>

Отжиг происходит, когда тело, переведенное в состояние стекла или камня, подвергается длительному действию несколько меньшей степени<sup>b</sup> жара, чем потребная для его накаливания, и постепенно охлаждается, чтобы обеспечить равномерное сцепление частей и уменьшить хрупкость. Кроме того, при помощи этой операции многое производится, не без приятного зрелища, для получения окрашенных стекол.

### § 72

Растворение имеет место, когда жидкое тело действует на другое — твердое или тоже жидкое — так, что последовательно отрывает его частицы от сцепления и связи с другими,

---

<sup>a</sup> Зачеркнуто кристаллизации.

<sup>b</sup> Текст § 71 приписан на полях; §§ с 72 по 79 были сначала помечены цифрами с 71 по 78.

<sup>v</sup> Зачеркнуто огня.



et nexu aliarum removeat, secum jungat et cum distracto et in consortium recepto corpore abit in corpus mixtum.<sup>a</sup> Corpus, quod solvit, menstruum apud Chymicos audit.

### § 73<sup>b</sup>

Solutio duplex est: totalis et partialis. Prior fit, quando corpus solvendum integrum solvitur in menstruo; posterior, quando miscibile aliquod<sup>c</sup> vi menstrui a corpore solvendo separatur et cum ipso jungitur. Prior<sup>d</sup> in quibusdam, posterior in singulis contingit speciebus, quae sunt numero<sup>e</sup> novem: *solutio specialiter sic dicta, extractio, decoctio, elutriatio, amalgamatio, caementatio, corrosio, deliquatio et solutio vaporosa.*

### § 74

Solutio,<sup>f</sup> specialiter sic dicta, fit, quando corporis solidi vel etiam fluidi, menstruo immersi, particulae a superficie successive abripiuntur et per ipsum menstruum distrahuntur. Exempla quotidie habemus, ubi salem in aqua solvimus vel saccharum.

### § 75

Solutio<sup>g</sup> haec fit partialis, quando miscela aliqua constat ex duobus corporibus heterogeneis, quorum unum tantum in

<sup>a</sup> Зачеркнуто Est igitur solutio relaxatio simul et concretio. Окончание § 72 со слов Corpus, quod... приписано на полях.

<sup>b</sup> Зачеркнуто Fit ergo hoc operationis genere, ut duo corpora heterogenea in <unum> unum mixtum concrescant, quod in singulis <speciebus> constanter observatur in omnibus solutionibus totalibus; duplicis enim generis eae sunt, totales et partiales.

<sup>c</sup> Зачеркнуто separatur.

<sup>d</sup> Зачеркнуто solutio.

<sup>e</sup> Зачеркнуто octo.

<sup>f</sup> Зачеркнуто proprie.

<sup>g</sup> haec написано, поверх зачеркнутого propria.

присоединяет их к себе и с разрушенным и присоединенным телом образует смешанное тело.<sup>а</sup> Тело, производящее растворение, у химиков зовется растворителем.

### § 73<sup>б</sup>

Растворение бывает двойное: целостное и частичное. Первое происходит, когда растворяющееся тело целиком переходит в растворитель; второе — когда какая-нибудь составная часть выделяется из растворяющегося тела силою растворителя и соединяется с ним. Первое наблюдается в некоторых разновидностях; второе — в одной из разновидностей этой операции, которых числом<sup>в</sup> девять: *собственно растворение, экстракция, отваривание, вымывание, амальгамация, цементация, коррозия, расплывание и растворение в парах.*

### § 74

Собственно растворение бывает, когда частицы твердого или также и жидкого тела, погруженного в растворитель, отрываются последовательно от поверхности и распространяются в самом растворителе. Примеры мы имеем ежедневно, когда растворяем в воде соль или сахар.

### § 75

Это растворение бывает частичным, когда какая-нибудь смесь состоит из двух разнородных тел, из которых только одно растворяется в растворителе, а второе, находящееся

---

<sup>а</sup> *Зачеркнуто* Таким образом, растворение является одновременно разрыхлением и уплотнением.

<sup>б</sup> *Зачеркнуто* Таким образом, при операции этого рода два разнородные тела срастаются в одно смешанное, что постоянно наблюдается в отдельных разновидностях во всех целостных растворах; ибо они бывают двойного рода, целостные и частичные.

<sup>в</sup> *Зачеркнуто* восемь.

menstruo solvitur, alterum, in exiguas moleculas discerptum, cum menstruo non permiscetur; ut videre est apud docimastas, ubi aurum ab argento aqua forti separatur.

### § 76

Extractio<sup>a</sup> fit, quando menstruum, quod semper est spiritus vini, corporis, sibi immersi, miscibile aliquod a caeteris separat et in suam mixtionem recipit. Vulgaria exempla fiunt quotidie, ubi aqua vitae aromatis impraegnatur. Nomen autem ipsum et definitio ostendit, hanc operationis speciem semper esse partialem. Differt<sup>b</sup> a priore specie etiam eo, quod illa circa mineralia potius, haec circa vegetabilia versatur, illa majorem,<sup>c</sup> haec<sup>d</sup> minorem partem corporis solvit.

### § 77

Decoctio est fere idem modus, ac extractio, nec nisi gradu ignis et natura menstrui differt: hic enim semper aqua adhiberi et igne ad ebullitionem urgeri solet. Exempla vulgaria quotidie ob oculos sunt in cujusque culina.

### § 78

Elutriatio est ex corpore pulverulento salinarum particularum separatio, ope aquae tepidae et agitatione facta. Vulgare exemplum est lixivium, ex cineribus elutum, lotricibus utilissimum.

### § 79

Amalgamationem vocant metalli vel corporis metallici in argento vivo solutionem. Exemplum spectandum est apud auri-

<sup>a</sup> Зачеркнуто est.

<sup>b</sup> Зачеркнуто a solutione propria.

<sup>c</sup> majorem переправлено из первоначального minoreм.

<sup>d</sup> minoreм написано поверх зачеркнутого majorem.

в состоянии мельчайших частиц, не смешивается с растворителем; это можно видеть у пробирных мастеров, когда золото отделяют от серебра при помощи крепкой водки.

### § 76

Экстракция имеет место, когда растворитель, каковым всегда бывает винный спирт, из погруженного в него тела выделяет какую-нибудь составную часть и берет ее в свой состав. Обычные примеры наблюдаются ежедневно, когда водка насыщается ароматическими веществами. Само его название и определение показывают, что этот вид операции всегда частичный. Она отличается от предыдущего вида тем, что тот применяется больше для минеральных, а этот — для растительных веществ; тот растворяет большую часть тела, этот — меньшую.

### § 77

Отваривание — почти то же, что и экстракция, и отличается лишь степенью огня и природою растворителя, а именно, здесь всегда берется вода, которая доводится до кипения. Обычные примеры у каждого на глазах в его кухне.

### § 78

Вымывание есть отделение соляных частиц из порошкообразного тела при помощи теплой воды и взбалтывания. Обыкновенный пример — щелок, вымытый из золы и весьма широко применяемый прачками.

### § 79

Амальгамацией зовут растворение металла или металлического тела в ртути. Пример можно наблюдать у золотых дел мастеров, которые для позолоты серебряных и медных

fabros, qui ad deauranda argentea et aenea opera aurum in argento vivo solvunt. Haec operatio fit etiam partialis, quando dicto menstruo miscela<sup>a</sup> committitur, cujus miscibile aliquod<sup>b</sup> ab illo non attingitur.

### § 80

Caementatio fit, quando corpus solvendum et menstruum sunt corpora solida, ideoque ponuntur in vase unum supra alterum alternis stratis et tecta certo<sup>c</sup> caloris gradu tractantur, ut solvendum a menstruo, ex parte vel integro fluente, solvatur. Exempla sunt apud aurifabros, qui aurum a vilioribus metallis salinis caementis segregant.

### § 81

Corrosio vocatur solutio, quando corpuscula corporis soluti maxima ex parte in forma pulveris sponte fundum petunt.

### § 82

Solutio vaporosa est, quando exhalationes menstrui<sup>d</sup> corpus suspensum aggrediuntur<sup>e</sup> cumque eo soluto uniuntur.

### § 83<sup>f</sup>

Ad eandem ferme speciem cum vaporosa solutione referri debet deliquatio, quae nihil aliud est, quam corporis, humido aëri expositi, a vaporibus aqueis solutio. Exemplum non raro contingit, quando sal culinaris a humido aëre diffluit.

<sup>a</sup> Зачеркнуто imponitur.

<sup>b</sup> Зачеркнуто (argento vivo non) illius actioni prorsus.

<sup>c</sup> caloris написано поверх зачеркнутого ignis.

<sup>d</sup> Зачеркнуто sive vapores.

<sup>e</sup> Зачеркнуто et solutione sicca superficiem tegunt.

<sup>f</sup> Зачеркнуто Eadem fere est.

вещей растворяют золото в ртути. Эта операция бывает и частичной, когда в названный растворитель помещают смесь, одна из составляющих которой не подвержена действию растворителя.

### § 80

Цементация совершается, если растворяемое тело и растворитель — твердые тела и поэтому кладутся в сосуд одно на другое последовательными слоями, накрываются и подвергаются действию известной степени<sup>a</sup> теплоты, чтобы подлежащее растворению тело растворялось растворителем, отчасти или вполне плавящимся. Примеры — у золотых дел мастеров, отделяющих золото от более низких металлов соляными цементами.

### § 81

Коррозией зовется такое растворение, при котором корпускулы растворенного тела в большей части падают сами на дно сосуда в виде порошка.

### § 82

Растворение в парах бывает, когда испарения растворителя действуют на подвешенное тело<sup>b</sup> и, растворяя его, соединяются с ним.

### § 83

Почти к той же разновидности операций, как растворение в парах, следует отнести и расплывание: это не что иное, как растворение тела, выставленного на влажный воздух, водяными парами. Пример — нередко случающееся расплывание поваренной соли во влажном воздухе.

---

<sup>a</sup> Зачеркнуто огня.

<sup>b</sup> Зачеркнуто и покрывают его поверхность сухим раствором.

## § 84

*Praecipitatio fit*, quando corpora heterogenea confusa ita se mutuo aggrediuntur, ut unum eripiat miscibile alteri sibi que associet in mixtionem, reliquis exturbatis. Id autem plerumque fit cum strepitu et mutatione qualitaturn particularium, earum potissimum, quae sensum visus afficiunt. Ex definitione autem apparet, praecipitationem fieri modo tertio (§ 52).

## § 85

Praecipitatio, quae in specie sic salutatur, est corporis, in liquido soluti, accessu alterius ex menstruo exturbatio in forma pulveris. Multa eaque mirabilia spectanda offert haec operatio; vulgare exemplum videre est in confectione atramenti ex solutione vitrioli Martialis et decocto gallarum.

## § 86

Reductio est metalli vel semimetalli, quod<sup>a</sup> pulveris vel scoriae speciem induit, in metallicam formam restituito. Exempla quam plurima occurrunt apud docimastas, imo apud omnes fere artifices, qui metallica opera conficiunt. Reductio<sup>b</sup> argenti vivi speciali nomine revivificatio nuncupatur.

## § 87

Detonatio fit, quando corpora in igne aperto tractantur ita, ut miscibile, quod exturbatur, flammam concipiat eaque cum subito fragore consumatur. Exemplum non infrequens occurrit apud docimastas in confectione fluoris nigri.

---

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* solutione vel calcinatione in pulverem redactum fuit.

<sup>b</sup> *Зачеркнуто* Mercurii.

## § 84

*Осаждение происходит* тогда, когда разнородные тела, перемешанные между собой, взаимодействуют так, что одно отнимает у другого одну из его составных частей и присоединяет ее к себе, выделяя остальные. Это часто сопровождается шипением и изменением частных качеств, преимущественно тех, которые действуют на чувство зрения. Из определения следует, что осаждение происходит третьим способом (§ 52).

## § 85

Осаждение в тесном смысле есть выделение в виде порошка тела, растворенного в жидкости, по прибавлении другого. Эта операция дает многие и удивительные результаты: обыкновенный пример можно видеть в приготовлении чернил из раствора железного купороса и отвара чернильных орешков.

## § 86

Восстановление есть обратный переход металла или полуметалла,<sup>a</sup> принявшего вид порошка или шлака, в металлическую форму. Многочисленные примеры встречаются у пробирных мастеров, да и у всех почти ремесленников, выделяющих металлические вещи. Восстановление ртути отмечено специальным названием оживления.

## § 87

Детонация происходит, когда тела подвергаются действию голого огня, так что вытесняемая составная часть загорается пламенем и истребляется им с внезапным треском. Частый пример этого у пробирных мастеров при приготовлении черного флюса.<sup>7</sup>

---

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* который был обращен в порошок растворением или прокаливанием.



## § 88

Cupellatio est auri vel argenti ex consortio et mixtione aliorum corporum, ope plumbi super testa cineritia, quae cupella vocatur, separatio. Exempla quam plurima sunt apud docimastas et aurifabros.

## § 89

Vegetatio chymica fit,<sup>a</sup> quando, facta praecipitatione, miscibilia, praesertim exturbata, in similitudinem plantae alicujus excrescunt. Instituuntur ejusmodi operationes<sup>b</sup> in collegiis chymicis, cujusmodi est arbor Dianae; ad usus enim et vitae comoda nil inde hactenus derivatum est.

## § 90

*Digestio* est corporis mixti in igne sive calore moderato et aequabili diuturnior tractatio, qua fit, ut particulae ejus insensibiles, in motum excitatae,<sup>c</sup> mixtionem aliter disponant. Adeo igitur hoc operationis genus ad quintum modum spectat (§ 52). Species ejus sunt quatuor: *digestio mineralis*, fermentatio, putrefactio et reverberatio.

## § 91

Digestionem mineralem vocamus, cujus ope mineralia, in vase clauso tractata, situm miscibilium mutant ita, ut ea, quae aliis circumsessa fuerunt, prodeant foras. Alchymistis haec operatio usitatissima est.

## § 92

Fermentatio est digestio lenis caloris ope<sup>d</sup> instituta, qua ex vegetabilibus praesertim, vinosa et acetosa miscibilia a reli-

<sup>a</sup> *Зачеркнуто* quando <praecipitans> praecipita<tum>ndum et exturbandum operationis tempore.

<sup>b</sup> *Зачеркнуто* non lucri <sed ad> gratia, sed ad oculos.

<sup>c</sup> *Зачеркнуто* pristinam.

<sup>d</sup> *Зачеркнуто* facta.

## § 88

Купеллирование есть отделение золота или серебра из соединения с другими телами при помощи свинца на зольнистом черепке, называемом купелью. Многочисленные примеры у пробирных и золотых дел мастеров.

## § 89

Химическое произрастание наблюдается, когда после осаждения выделившиеся составные части вырастают на подобие какого-то растения. Такого рода операции производятся<sup>a</sup> на химических лекциях, так, например, получают дерево Дианы; из них пока ничего не применено для пользы и удобства жизни.

## § 90

